49 Aliā expositionē d. legis 7. tradunt salmantini preceptores asserentes in d. l. 7. non simul sed diversis temporibus debitorē obligasse bona futura alij creditori, et postea spetialiter fundū alij sub illa expressa conditione si in dominiū debitoris veniret ~~et~~ et sic sub eadē conditione fuerunt pignori supposita bona ut explicat Faber 2. coniecturarū cap. 10. unde licet regulariter prior tempore in pignore preferatur. etiā et sit conditionalis creditor qui conditione adimpleta alijs creditoribus puris prefertur l. qui balneū 9. l. potior 11. §. videamus ff. qui potiores in pignore. tamen in d. l. 7. §. fin. non habet locū hoc principiū quia conditio apposita talis erat quę nolente debitore impleri non poterat l. qui balneū vers. amplius l. 11. §. colonus ff. qui potiores conditio enim si in dominiū eius pervenerit non nisi volente debitore adimpleri potest argumento text. in l. liber § 8. ff. de adquirendo rerū dominio quo fit ut cū tempore adquisitionis utriusque persone simul existeret conditio licet alter prior tempore contraxerit tamen nihil ominus non ē prior sed ambo in pignore concurrunt ut consultus affirmat, et probat Antonius Faber ubi sup. quia non ē potior in iure qui prior tempore contraxit sed qui prior obligationē adquisivit l. 11. §. colonus ff. qui potiores, et cū in d. l. 7. eodē tempore nacti fuerint obligationē qui generaliter omnia bona quę habiturus erat debitor obligata habet, et qui spetialiter fundū merito equaliter in pignore concurrunt, et unus alij non prefertur ut subtiliter observant Faber ubi supra et probant Fulgosius in l. ut in prio. ff. qui potiores Connanus lib. 4. com. cap. 17. nu. 9. quod adeo certū ē quod non preferatur prior creditor posteriori ex eo quod res empta fuerat ex pecunia quę ei antea obligata erat quia res ex numis pignoratis empta non

censet.

non censeat pignorata d. l. 7. § quibus ex hominibus Barbo
sa in l. 3. parte 6. nu. 9. ff. soluto matrimonio An-
tonius Fab. lib. 5. coniecturarum cap. 9.

5° Antequam a regula Papi-
niani discedamus monendum est quod praedicta regula in
legatis, et aliis + ~~pluribus~~ dispositionibus verificatur ubi + ultimis
voluntas disponentis ex modo et gradu detractionem ten-
dit supra relatis iuribus ex contrario si voluntas in con-
iuncte generis, et spetiei tendit ad coniunctionem
ut satis superioribus commendatum est exemplis non
obscure debuit quod si testator detrahit, et adimit
expresse, et non appareat de quo censerit detractio-
nem, et ademptionem nullius momenti esse argumento tex.
in l. duo sunt Tij ff. de testamentaria tutela l. 3.
§ si duobus ~~Tit~~ Titijs ff. de adimendis legatis quo lo-
ci si duobus Titijs proponatur legatum, et postea uni
Titio ademptum nulli censetur ademptum non sucessit-
dendo quod non appareat cui datum sit neutri censetur
legatum pariter in adimendo quod non appareat neutri
censetur ademptum d. l. 3. § si duobus. etiam si in hac spe-
tie lex ~~per~~ generalis voluntas legandi duobus
et spetialis dispositio adimendi uni non incertitudo
facit ut haec spetialis dispositio dispositioni generali
legandi duobus non praeiudicet in d. l. 3. § si duobus

5' Relato prius. verit. obs-
tat difficilis et obscurus tex. in l. 10. vers. sed et si
duobus ff. de rebus dubiis ubi legatum proponitur
relictum duobus Sempronijs, et postea uni adem-
ptum, et scribit Ulpianus quod si non appareat de
quo censerit testator ademptionem in utroque va-
lere quod ex diametro pugnat cum l. 3. § si duobus
ff. de adimendis legatis. Deinde alia nova surgit
hac consideratione contra regulam Papinianum in
surgit non illa causa ut per spetialem dispositio-
nem derogetur generali non tamen generalem
abrogari non derogare solum est detrahere non
autem in totum abrogare ut supra causa et tamen
Ulpianus in l. 10. vers. sed et si duobus ff. de rebus du-

biis

dubijs scribit illā ademptionē spetiale non detrahe
re legato duobus sempronijs facto sed in totū abro
gare, et ademptionē in utrumque valere, igitur icon
currere generis, et spetiei non detrahitur generi sed
in totū abrogatur, et multum augetur difficultas nā
in l. 3. §. si duobus ff. de adimendis legatis ex conve
tri corruat ademptū legatū quia non aparet cui pro
ponatur ademptū, et hoc ideo quia cum Titio adi
mat testator, et duo sint Titij quibus legauerat
non aparet cui adimat, sed in l. 10. vers. sed et si
duobus pariter non aparet de quo cencerit testa
tor in ademptione, quia etiā duobus sempronijs le
gauerat, & perperā ibi cauetur ademptionem
in utrumque valere nā ubi eadē ratio et idē
ius esse debet vulgare l. illud ff. ad legē aquiliā.

92 Omissis traditis ab Accur
tio et antiquioribus interpretibus in dictis iuribus
omissa quoque interpretatione Donelli lib. 8. com. cap.
14., et in d. l. 10. ff. de rebus dubijs existimantes
verba illa dicti vers. sed et si duobus, ibi: ademptio
nē autē in utrumque valere. ipsa si inducere
legatū inutile per ademptionē incertā substine
ri ex utriusque legatarij persona, quos interpretatio
convincit. A. Fornelio lib. 3. rerū cotidianarum
cap. 26. reiecta etiā sententia Antonij Fab. lib.
20. coniecturarū cap. 4. aserentes verba d. vers.
sed et si duobus Triboniani potius quā Vlpiani
esse ne idē Vlpianus sibi ipsi contrarius sit in d. l.
3. §. si duobus dicendū ē cū Doctissimo Cujatio
l. 6. q. Pauli in l. si duo ff. de testamentaria tutela.
et late in l. 37. ff. de legatis 1. in recitationibus solemnis
discrimen constituendū esse in dictis iuribus. nā in l. 3.
§. si duobus legatū fuit relictū duobus Titijs separa
tim; scilicet diuersa oratione et non obscure neque
otiose cauetur in d. l. 3. §. si duobus. in d. l. vero 10. con
iunctim una oratione, et hac ratione in primo casu
propter certitudinē nulla ē ademptio, et substinetur
legatū duobus Titijs separatim relictū; et contrario

2do

qdo. coniunctim duobus. sem proxime legatū ē, et uni ademptū nō nulli debetur legatū, et utrique censet ademptū qt. quos testator coniunxit in dando eos dē etiā videtur in adimendo coniunxisse; quae coniunctura cesat separatim dato legato duobus Titijs argu. tex. in d. l. 3. §. si Titio ff. de adimendis legatis arbitrio eadē res pure, et sub conditione legata ē qd. nisi coniuncti fieri nequid; nam si separatim leget. novissima scriptura spectanda ē quae primā corrigit l. nā ad ea ff. de conditionibus et demonstrationibus. Deinde ita testator ademit, qd. Titio legavi sub conditione, heres ne dato; quo casu ei legatū nec pure nec sub conditione debetur. qt. haec ademptio omnē illa legandi tolit causā ita Cuiatius ubi sup.

53 Nec cū superioribus pugnat tex. in l. 8. §. si inter ff. de legatis 2. ubi si inter duos dubitet. de eodē legato cui potius dari oporteat ut puta si Titio relictū sit et duo eiusdem nominis amici testatoris legatū petant, et heres paratus sit solvere, deinde ambo legatarij parati sint defendere heredē eligere debet heres cui dicat ut ab eo defendatur nā in hac l. non cavet. utrique vel alterutri deberi legatū sed qd. si heres paratus sit solvere, et vicissim uterque eorū dicat se esse paratū heredē defendere adversus aliū eique cavere de indemnitate tunc in arbitrio ē heredis, solvere cui uelit ut ab eo defendatur, et ei nomine caveatur non igit. docet K. legatū duobus Titijs aut uni deberi sed qd. solutio legati ē posita in arbitrio heredis paratis solvere legatū utrique duobus Titijs supposita cautione indemnitatis heredis, ita Cuiatius ubi sup.

54 Superest ut diluantur supra relatae rationes dubitandi. Respondetur primo qd. per meus generali dispositione derogare sit detrahere solū parte generis non autem in totū immutare ut satis superioribus habetur. Tamen qdo testator coniunctim duobus legat, et uni

adimit, et non constat de quo, et coniecturatur mente testatoris infert. utrique ademptum legatum quia quos in dando coniunxit videtur in adimendo coniunxisse supposita incertitudine legatarij ubi supp. et sic licet voluntas sit adimendi uni cum non constet de quo utrique censetur testatorem ademisse quia impossibile est et regulis iuris ut uni ex coniunctis legatarijs adimatur quin omnibus censeatur ademptum argo. tex. in l. cum ex pluribus ff. de manumissis testamento l. si quis pluribus ff. de rebus dubijs, et indubitati iuris est speciem generi detrahere derogare vel non petendum esse ex disponentis voluntate argo. tex. in l. 12. §. si quis fundum ff. de fundo instructo cum supp. traditis, et in praesenti apparet voluisse testatorem adimendo uni Titio duobus adimere quia aliter non potest verificari ademptio propter incertitudinem, et hac ratione ex toto minuitur legatum non autem in parte.

55 Secunde rationi dubitandi respondetur quod licet in l. 10. vers. sed etsi duobus scribat Ulpianus quod in relata specie non apparebat cui ademptum esset legatum et idem sit non esse ac non apparere argo. tex. in l. duo sunt Titij ff. de testamentaria tutela tamen illud non apparet non concludit ad nullitatem ademptionis quia non est referendum ex natura coniunctorum ad voluntatem quasi non appareat voluntas adimendi sed ad individuum de quo censerit testator, et quamvis hoc incertum sit, et huius respectu incerta voluntas coniunctio in legando facit supposita incertitudine ut utrique censeretur ademptum legatum non sufficienter apparebat testatorem adimendo uni ex illis quos in dando coniunxit voluisse utrique adimere quo in specie incertus esset de personis cui adimere intendebat ex contrario in l. 3. §. si duobus ff. de adimendis legatis non ibi separatim testator legavit duobus Titijs, et postea uni ademit, et non apparendo de quo censerit

ex natura separatorū neutri convenit ademptē, qui idē ē non esse ac non apparere vulgata l. Decio ff. de testamentaria tutela, et hac ratione illa verba d. legis 3. §. si duobus. ibi: nec appareat referenda sunt ad voluntatē testatoris quę propter incertitudinē non apparebat, et ut clarior reddatur ratio d. legis 3. §. si duobus tenendū ē cū doctissimo Cuiacio in comentarijs ad §. 1. legis 37 ff. de legatis 1. testatorē ita legasse, et ademisse illi Titio rē istā lego deinde illi aufero Titio rē illā lego deinde Titio his verbis ademit, Titio ne dato quę arguerent verba d. legis 3. §. si duobus ibi: nec appareat cui ademptū esse referendā ad voluntatē incertā adimendi, et sic ad inutilē, et nullius effectus ex vulgaris regulis.

56 Sed adhuc animus non ē in tranquillo nā obstat non leviter. In l. 10. vers. sed et si duobus: ad fuisse voluntatē adimendi uni soli Sempronio, et hęc erat expressa ī pit. propterea scribit Ulpianus in d. l. 10. vers. sed et si duobus ademptionē in utroque valere quippe actus non operatur praeter intentionē agentis vulgato §. finali institutionū de ingenuis nec incertitudo poterat efficere ut utrique conveniret ademptio nā per eū cui intendebat adimere testator non debet iniquior reddi conditio illius cui legare volebat, ex vulgata regula quā non debet alteri per alterū iniqua conditio fieri.

57 Respondetur testatorē legando duobus Sempronijs coniunctim, et postea adimendo uni voluisse ut in uno verificaretur ademptio et cū hęc ita concepta impediatur propter incertitudinē, et hac forma specifica non posit verificari hinc supposita coniunctione in legando, et incertitudine in adimendo ex parte Sempronij credimus testatorē voluisse ut utrique conveniret ademptio legatū, et voluntas expressa adimendi uni superatur a voluntate adimendi cū effectu et ita non posit

et ipsere q[uo]d non constat de Sempronio cui adimebat testator nisi in duob[us] Sempronijs hinc non frustrat voluntatē testatoris sed ex coniecturata mente cre ditur utriusq[ue] ademptū legatū nec in hac specie alteri per alterū sit in ipsa conditio q[ui]a testator coniunc tim legando duob[us] Sempronijs, et uni adimendo q[uo]d non aparet de Sempronio cui adimi voluit in ademptione coniungere quos in datione coniunxit Ceulatius ubi sup. ut cū effectu verificet[ur] ademptio quae alit[er] erat inutilis d. l. 3. si duob[us], et q[ui]a haec voluntas expressa adimendi uni suffecerat, ea data adimendi cū effectu potest probari p[er] arg. tex. in hac re celebris in l. si hij qui duos 23 ff. de liberatione legata ubi docemur q[uo]d etiā si tant[um] sit voluntas legandi liberationē capaci si confe rantur duo rei promittendi, et socij sint q[uo]d libera to illo qui capere poterat per acceptilationē concurr. et incapax liberatus q[ui]a illa ē natura sociorū, et coniunctorū ut uno liberato concurr. et alius ne cessaria consequentia liberatus non obstante q[uo]d tes tator ~~o~~ intenderit unū liberare q[ui]a alit[er] non po tesse contingere liberatio. nihil mirū igit[ur] q[uo]d illa vo luntas expressa adimendi uni sufferet ut ita adimendi cū effectu, et q[uo]d expresse uni ~~erat~~ erat ademptū in effectu duobus proponat[ur] ablatum q[ui]a alit[er] non poterat contingere ~~ademp~~ illa expre ssa ademptio uni facta d. l. 3. §. si duob[us]. nec obstat q[uo]d relata lex si hij qui duos ff. de liberatione legata procedit in coniunctis ex legis dispositio ne cui testator derogare non potest ex vulgata l. nemo ff. de legatis 1. cū similib[us]. nā etiā in con iunctione ex hominis dispositione regula procedit argo. tex. in d. l. 3. §. si tit[ul]o ff. de adimend[is] legatis ibi: ex nulla datione debet.

78 Obstat adhuc ... ... cio non aparebat de Sempronio cui adimere volebat testator sed sicuti in dubio parit[er] in adimendo ademptio non sustinet[ur] d. l. 3. §. si duobus ...

in civili [illegible] Ulpianus in d. l. 10. vers. sed et si
duobus [illegible] ademptionem in utrumque va-
lere, et [illegible] infringi? Deinde difficile [illegible] pro-
ponere ademptionem in utrumque valere et [illegible]
[illegible] infringi [illegible] ipse [illegible] illa [illegible]
[illegible] non [illegible] et [illegible]
augere [illegible] generalis [illegible]
[illegible] pro non scriptis habentur d. l.
[illegible] pro non scriptis erit [illegible] nulla e-
[illegible] debet habere ademptio illa in d.
l. 10. vers. sed et si duobus.

59 [illegible] sed natura
coniunctionis [illegible] testatorem voluisse [illegible]
[illegible] duobus [illegible] d. l. 10. vers. sed et si
duobus. [illegible]
[illegible] testator [illegible]
et hac ratione licet impediatur [illegible] sustinet
ademptio non absolute sed collata in eum
quo non esset [illegible]
[illegible] ademptio [illegible]
[illegible] valere referenda [illegible] ad [illegible] non [illegible]
[illegible] incertum [illegible] sed [illegible]
tionem [illegible] cautionibus legatariorum
et electione heredis ad certitudinem reducitur
argu. tex. in l. 8. § si inter duos ff. de legat. 2.
ubi si [illegible] inter legatarios [illegible] 60
[illegible] omnes [illegible]
ris, et vicissim [illegible] caveant, de indeterminate he-
redis in arbitrio illius [illegible] legatum [illegible]
[illegible] in hac specie [illegible] cautionibus here-
dis electione ad certitudinem reducit. [illegible] l.
8. § si inter duos [illegible] in commentariis ad l.
51. ff. de legat. 1. [illegible]
[illegible] responsum Ulpiani in d. l. 10. vers. sed et si duo-
bus [illegible] licet [illegible] incertitudinem
ademptio valet [illegible] duobus [illegible]
determinatis [illegible]
[illegible] heredis, [illegible]

legatum propter adeptionem consequeretur super con ditione legatorum et super circumstantes adeptio valet, quo ad hunc effectum, ut ipsa iustus coram heres, consequitur ex presentatione legati vel aliis [illegible] teneberetur d. l. [illegible] § [illegible] dicitur. Unde illa adeptio sustinetur ad eludendum ipsam con ditionis [illegible] debilibus probationibus, et exceptionibus legatariorum, ne necesse sit regulare ut illud [illegible] pendente non possit contrariari [illegible] [illegible] [illegible] d. l. [illegible] § [illegible] [illegible] [illegible] legatis.

60 Hoc modo observit [illegible] ad l. 2. ff. de his quae pro non scriptis [illegible] non quolibet [illegible] objectum habetur pro non scripto, sed illa quae nullo modo potest adversitatem reducere neque probationibus neque heredis electione ut [illegible] in d. [illegible] § penultimo l. cum heres § sed [illegible] ff. de legatis 1. [illegible] [illegible] in d. l. [illegible] et [illegible] [illegible] in d. l. 10. vers. [illegible] non ita observit neque ut non possit probationibus [illegible] [illegible] heredis electionem ad [illegible] reducere [illegible] [illegible] in d. l. [illegible] § [illegible] ff. de legatis 2. et [illegible] est [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] illa non habetur pro non scripta imo [illegible] valere respondet [illegible].

61 [illegible] [illegible] tamen [illegible] etiam in mandatis apostolicis unde delegatus in causa spirituali [illegible] commissa non potest impediri a nuntio apostolico [illegible] de latere legato cap. [illegible] de offitio legati ibi [illegible] alijs factam specialiter impedire non possunt, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pontificis [illegible] de delegato [illegible] in cap. sane 11. de offitio, et potestate iudicis delegati et delegato in cap. [illegible] de offitio legati, et [illegible] maior sit [illegible] iudice ordinario cap. 1. cap. de [illegible] cap. [illegible] [illegible] cap. sane 11. de offitio, et potestate iudicis delegati cap. [illegible] cap. volentes de offitio legati

cap. 2. eodē tit. in 6. tamen similitr casus specialiter
commissa non poterit legatus virtute generalis comi
tionis se intromittere, qr. illius cognitio per specialē
commissionē fuit subtracta, et est inea similitudo
ex personis maior innocentij quod iudice electo legato
a latere ingerente tradita a Francisco Marcus
in pensationib. impresse sub num. 31. Caballo
definitione 17. nu. 8. parte 2. et alij congestis
in collectaneis in d. cap. studuisti.

Huic prio obstat non
62 leuiter responsum Iulij Iuliani in l. si homine 29.
alias 30. ff. mandati quo loci proponitur dominū
servi sui dedisse in hoc solū ut eū intra certū tem
pus manumitteret, ex hac ratione servi manumissi
fieret patronus supposito hoc speciali mandato
de manumittendo servo procurator generale man
datū habens potest impedire, et interpellare ma
numissionē, igit. speciale mandatū non dero
gat generali imo hoc impedit speciale.

Respondet quaestionē il
63 legis si hominē ff. mandati procedere casu quo
dominus qui servū dedit in certo tempore ma
numittendū non interpellaverit sed procurator
generaliter constitutus negotijs omnibus non ha
bens speciale mandatū impediende libertatis
servi, et in hac specie dubitat an si procurator
non habens speciale mandatū impediendae
et remorandae libertatis prohibuerit ne servus
manumitteretur et non obstante prohibitione
manumittat teneatur manumissor domino ve
dentis servū illa conditione ut intra certū tem
pus manumittat actione mandati et huic ra
tioni dubitandi aū ~~[illegible]~~ distinctione respondit
Salvius Iulianus in d. l. si hominē nā cum
procuratori nulla fuit iusta causa prohibendi
et denuntiandi, et neque qui manumisit non
tenetur domino actione mandati, qa sit man
datū non contravenit imo bona fide impletū est

nec videtur dominum revocasse quod dicitur remotus pro
curator revocavit sine speciali mandato aut
procuratori fuit iusta causa denuntiandi ut
puta, quia compertum fuit servum saltem domini
interfecisse vel corrupisse vel insidias posuisse
domino stravisse, eo hoc casu quia tempore do
minus non approbare quod procurator fecit, ille
cui servum manumittendum accepit tenetur domi
no actione mandati in id quod interest, ut probat
in l. 27 §. 2. ff. mandati ita Cuiacius lib. 4. disput
tionum sub Iuliani in d. l. si hominem. unde ex con
siderata mente domini censetur illud mandatum
speciale de manumittendo servo revocasse quoad
effectum ut manumissor teneatur actione mandati si ad
libertatem perduxerit servum iusta illa intercedente
causa qua existente potest procurator generaliter
constitutus impedire, et prohibere libertatem servo
dato ut manumittat, etiam et si ad hoc non habe
ret speciale mandatum ex meo, ex hac ratione
ex magna seu gravi causa noviter orta, et cogni
ta ille qui speciale mandatum habet potest in
terpellari ab eo qui generale mandatum suscepit
ita conveniunt omnes in d. l. si hominem ff. mandati
et faciunt eleganter congesta a Panormitano in
cap. 9. de rescriptis nu. 9.

64 Et ratio huius principij
est quia mandatum ut bonae fidei debet recipe
re interpretationem ex bona fide ut mandato
etiam generali contineri intelligantur ea omnia quae
credibile sit mandatorem in mandato expressurum
fuisse si de eis cogitasset quemadmodum contrario
quamvis generale mandatum sit, tamen non
continentur illa de quibus non cogitasse creden
dum est l. mandato 60. ff. de procuratoribus l. illud
25. §. 1. ff. de minoribus iunctis traditis a Fabro in ra
tionali ibi l. si ut Cornelius §. 2. ibi nec causam ha
buisset existimandi id se invita Seia facturum
esse ff. de soluto matrimonio l. creditor 60. §. 1.

ff. mandati l. obligatione generali ff. de pignori-
bus, et ex bona fide et ut videtur dominum vel non
fuisse mandaturum ut manumitteret servum vel etiam
si mandasset revocaturum mandatum si scivisset
servum falsas rationes confecisse vel insidias vitae
domini prioris struxisse nec ex hiis inferio posse dici
revocatum fuisse mandatum a priori domina quoad
effectum ut libertas servo non competat sed tan-
tummodo fuisse revocaturum si scivisset ea quae sci-
vit procurator sequitur expressa revocatio necessa-
rio desideratur ut manumissio impediatur l. 3. ff.
de servis exportandis l. 3. § si tibi [illegible] l. si pecu-
niam § [illegible] si servum ff. de condictione causa data cau-
sa non secuta poterit tamen dici revocatum man-
datum quoad effectum ut manumissor si ad liberta-
tem perduxerit servum teneatur mandati actione
ad praestandum quanti interesset prioris domini servum
manumissum non fuisse quae iura obstare videntur
et contemplationes ut ne [illegible] tradi [illegible]
in rationali et dictam legem si hominem.

Ex hiis deducuntur doctores
69 sicut Ioannes Andreas, et Barbatia in d. cap. studui-
sti de officio legati [illegible] dispositionem [illegible]
[illegible] 14. [illegible] [illegible] temperandis in
praefatione nec 24. textum in d. cap. studuisti li-
mitari ex magna et gravi causa ut puta scan-
dali vel similis [illegible] existente delegatus posse
sit a legato impediri [illegible] non est [illegible]
[illegible] accipienda ita ut supposito scandalo aut
alia simili causa possit legatus causam delegati
advocare et cognitionem suscipere ut [illegible] ex
[illegible] sed dumtaxat possit legatum in simile
[illegible] delegatum interpellare ut cognitionem de-
ferat [illegible] ad pontificis consultationem [illegible]
ex magnam causam fieri [illegible] in [illegible]
ne [illegible] [illegible] [illegible] solum
[illegible] ista impediendo causa [illegible]
[illegible] ignotae dantae domino [illegible]

generali mandatū prohibere respiciendo generale mandatū de manumittendo servo ne manumittat nec absolute aufert specialiter potestatem manumittendi sed differt usque ad domini consultationem ut notatur tenet Surdus in cap. 1. h. t. nu. 27. et non obscure colligitur ex d. l. si hominem iunctis traditis alciatus ubi sup.

66 Procedendo ad primam partem capituli notandum est quod quamvis generali lege constitutioni, et rescripto continentur, res tractata sit specialiter etiam si in eo non fiat mentio de generali ut satis sup. dicitur regula haec generalem non verificari in constitutionibus legibus rescriptis et aliis dispositionibus habentibus clausulam revocatoriam ad futuras dispositiones ut in interpretationem capituli cum ordinem h. t. supra dictum est et communiter tenent omnes quibus lucem donat textus in cap. ex parte de capellis monachorum prout est allegatum in decisione, et interpretatione quam oportet in concilio Lateranensi cautum fuisse ne singuli Monachi in opidis aut prioratibus commorentur ut refert in cap. q. de statu monachorum quo praemisso habetur in d. cap. ex parte quod si monachi aliqui a sede apostolica impetraverint ut in singulis prioratibus seu villis commorari possint impetrationem nullam esse nisi de constitutione consilij Lateranensis fiat in concessione mentio, et ratio est quia consiliaris constitutio clausulam revocatoriam habere videtur respectu concessionum postea futurarum ergo textus in cap. nonnulli cap. cum ordinem h. t. iuncta interpretatione supra relata nec sufficit ad derogationem dispositionis consiliaris clausula illa non obstante quacumque constitutione secundum aliquorum sententiam sed requirit specialis derogatio arguento textus in cap. eam te de aetate, et qualitate et in cap. 1. de excessibus praelatorum in 6. argumento textus in l. 22. ff. delegatis 3. Padilla in l. eas nu. 6. ...

c. de transactionibus et congesti a Valbo in
ad tex. in cap. de iudicijs in summario nu. 3 con-
trariae tamen sententiae non e improbabilis ut
refert ipse Balbo in nu. sequenti.

67 Quaeri potest quare
hodie in curia romana in coadiutorijs, et alijs
gratijs et constitutionibus factis contra con-
cilij tridentini decreta non apponitur derogatio
ne que spetialis ne que generalis dicti concilij
Garcia de beneficijs 1. tomo 4. parte cap. 9. nu. 34.
asserit hoc evenire ex decreto eiusdem concilij
tridentini sessione 25. de reformatione ubi omnia
remittuntur arbitrio, et dispositioni romani pon-
tificis, et sic in his gratijs praesupponitur facultas
in concilio concessa quod aliquid contra concilium
disponat sed cum haec protestatio pariter facta in
d. cap. 25. pariter in omnibus alijs concilijs compre-
ciatur. dicendum e cum Balbo ubi sup. stilum curiae
romanae de non faciendo mentione concilij triden-
tini in coadiutorijs et alijs gratijs deducendum
esse ex constitutione pij quinti quae cavetur quod quo-
ties gratia Pontificis manu pontificis fuerit sig-
nata ut fit in omnibus gratijs beneficialibus
non sit necessaria tridentini derogatio ut ita
a Cardinalibus desiderium tradit Garcia relatus a Bal-
bo ubi sup. nu. 6.

68 Unde vulgare est in roma
quod non censetur derogatum decreto concilij
generalis nisi de illo expressa mentio fiat fallit
in apostolicis constitutionibus manu propria Papae
signatis in quibus non e opus spetiali vel generali
derogatione prout declaravit Pius 5. motu pro-
prio qui incipit cum plerumque edito anno ~~[illegible]~~
1567. 23. decembris ita notat. Franciscus
Sanmaclius de electione canonica tractatu 1. con-
troversia 11. questione 4. nu. 11. dicens 34. in cap. 34.
propt. de electione in 6. continet dispositionem concilia-
rem concilij lateranensis celebrati sub Innocentio 3.

teste Sanuelio ubi proxime non possunt prelati
regulares prout communicationis privilegij Sixti
quarti concessi capitulis generalibus ordinis sancti
Hieronimi et possunt supplere defectus aliquos
in electione commissos contra tex. in d. cap. 41. prop
ter de electione in 6. et tradit Rodriguez regu
larium tomo 2. q. 42. articulo 1. ergo ipsos supple
re virtute communicationis privilegiorum quoniam
per nullum ~~decretum~~ privilegium conceditur derogatum
decretis consilij generalis nisi exprimitur per ali
quam saltem generalem clausulam Gomez Suarez
lib. 8. de legibus cap. 19. num. [illegible] et alij relati a Sa
nuelio de electione lib. [illegible] tractatu 11. num. 3.

69 [illegible] particularis capitis con
tinet questionem de concursu rescripti generalis cum
generali, et specialis cum speciali in hac re breve
erit constituendum est 1. quod quando duo rescripta gene
ralia concurrunt, et in uno non fit mentio deal
tero unum alteri non prevalet sed si in eo sit spe
[illegible] ex personarum specificatio tunc naturam spe
ciei sortitur et alteri derogat argo tex. in cap. pas
toralis tit. cum ibi notatis primo casu utrumque res
criptum independenti est respect. ad specificationem
sine qua nullus effectus confertur nam potest contin
gere quod ambo rescripta quoad specificationem non
concurrant imo penitus diversa sint et fere co
munis sed de hac re late in cap. sequenti potest
etiam dici cum Decio in presenti quod quando concur
runt duo generalia rescripta primum preva
let si in 2o non est facta mentio prioris, nam liberi
operatur generis quoad contentum subiectum quod spe
ties quoad ea que sub illa continentur argo tex.
~~[illegible]~~ infra ff. de administratione tutorum l.
omnes C. de prescriptione 30 vel 40. annorum l. co
rus ff. de legatis 3. sed quotiens duo rescripta ge
neralia concurrant primum prevaleat si in 2. non est
facta mentio prioris cap. ceterum l. 2. ipse. idem
dicendum est de duobus rescriptis generalibus.

in petentis. Et constituendum est quod ubi duo rescrip-
ta specialia concurrunt, et in 2. non est facta men-
tio prioris valet primum d. cap. ceterum cap. plerum-
que cum alijs h.t. adeo ut non solum in 2. debeat
fieri mentio prioris, sed etiam sequentis ex clau-
sula notabili illius ita concepta omnes in d. cap.
ceterum cap. super literis 20 h.t. sed de hac re in cap.
sequenti et hic de concursu rescriptorum sufficiat
et de interpretatione Papiniani in l. in toto 80.
ff. de regulis iuris. De subreptione, et obreptio-
ne rescriptorum caput 8. ad interpretationem ce-
lebris Innocentij 3. responsi in cap. super lite-
ris 20. h.t.

De subreptione et obreptione rescriptorum caput octavum ad interpretationem celebris Innocentij 3. responsi in cap. super literis 20, h.t.

1 Aggredimur enucleare Innocentij oraculum in cap.
super literis 20. h.t. quod est clave in hac mate-
ria vocant abbas principatum obtinere tenet Ba-
rtius famosum commendat Felinus in d. cap. super
literis. Postquam huius oraculi sententia per-
tinet ad vitium subreptionis et obreptionis
quo vulgariter rescripta corruunt huius capitis
sententiam varij illustrarunt commentarijs præ-
ter antiquiores Menochius de arbitrarijs
casu 201 Suarez lib. 8. de legibus cap. 22. Har-
monius animadversionum lib. 1. cap. 11. Tuschus
practicarum lib. 4. litera T cum sequentibus
Franciscus singularis lib. 1. variarum tit. de rescrip-
tis resolutione 4 et 9. Antonius Fab. in suo co-
dice definitione 1. cum sequenti tit. de sacro san-
ctis ecclesijs Gutierez canonicarum quæstionum lib.
4. cap. 19. Suarez allegatione 13. num. 21. Petrus
Gregorius lib. 1 de rescriptis cap. 49. Sanchez

lib. 8. de matrimonio disputatione 16. in seq. Salas de legibus disputatione 20. nu. 14. Barbosa in collectaneis in cap. super literis subscribun nouitate Valensis Ioannis Varonae et Iironias in parentibus ad tit. de rescriptis Gonzalez de re beneficiaria lib. 13. q. 14. et lib. 2. q. 94. nu. 11. Trullenc in expositione Bullae Cruciatae lib. 1. §. 4. dubio 1. nu. 9. Sangerius rector damnatus de exceptionibus cap. 17. parte 2. Ardradus de literis principum praeludio 9. nu. 49 et praeludio 12. nu. 11. et 21. et de rigore Leonelus integro tractatu de surreptione, et obreptione rescriptorum. Ex horum doctorum commentariis selectiora et utiliora proponemus inhaerendo Senecae epistolae 84. qui ut [illegible] apibus [illegible] singulis [illegible] responsis partes [illegible] proponere operae pretium duxit.

Ex hoc textu [illegible] ita se habet: super literis quae ab aliquibus ex malitia a nonnullis ex ignorantia tacita veritate vel suggesta falsitate impetrantur a nobis. Antequam ad proponendam quaestionem quae ex his verbis ex communi interpretum dictamine proponitur. pro praedicamento notandum est 1. ex illis verbis super literis rescripta literas appellari improprientis cap. 7. et passim tit. cap. 2. de officio, et potestate iudicis delegati cap. 2. de dolo, et contumacia l. 2. C. de mandatis principum Rebuffus ad constitutiones galliae 2. tomo tit. de rescriptis interpretatione nu. 5. et 21. [illegible] ad rubricam 2. illis verbis ab aliquibus ex malitia a nonnullis ex ignorantia tenendum est non esse idem ius in his speciebus quid vero intersit ex dicendis postea apparebit. 3. advertendum est illis verbis tacita veritate vel suggesta falsitate duo vitia demonstrari quae frequenter obiici solent rescriptis scilicet vitium obreptionis, et subreptionis, ipsae voces licet quoad effectum invalidandi rescriptum promiscuam

et vulgi consuetudinariam significationem indicarat, et fere omnes in presenti tenent obreptio tamen committi, si impetrans rescriptum taceat vel occultat veritatem Principi, quae si expressa esset principem in aliam duceret sententiam argum. tex. in l. si quis obrepserit ff. ad legem corneliam de falsis l. sed et si 10. § potronus ff. de in ius vocando l. si fide iussor 29. § sicum ff. mandati l. libertus 49. ff. de bonis libertorum l. 2. C. si nuptias ex rescripto petantur, in quibus iuribus ille obrepere dicitur, qui quod verum est silet, unde predicta verba tacita veritate exponenda sunt de obreptione ex quibus potest inferri interpretatio ad tex. in cap. 3. ibi tit. ibi non facta veritate tacita impetrate cap. postulasti tit. ibi veritate tacita impetratis cap. 8. cap. 17. cap. 30. tit. cum duobus sequentibus hinc cum aliquid occultatur quod exprimi necesse erat obreptio committitur.

Z Subreptio est falsi suggestio, et narratio Principi exposita illius permovendi causa unde qui in impetratione rescripti mendacium suggerit per falsam narrationem exponit sic veniendi, et alliciendi Principis causa subrepere dicitur. cap. ex insinuatione tit. cap. ex litteris de transactionibus cap. susceptum tit. in 6. quod demonstrare videntur verba relati capituli super litteris ibi suggesta falsitate. Huiusmodi differentiam inter obreptionem et subreptionem multi ex interpretibus notant, ita Antonius Fab. in rationali ad l. 10. § 1. ff. de in ius vocando Budeus in posterioribus notis ad tex. in l. 29. ff. ad legem corneliam de falsis et ibi Gotofredus, Brisonius de verb. sign. verbo obrepere, et subrepere Petrus Gregorius de repertorijs lib. 1. cap. 49. et 50. Obertus ad Donellum lib. 22. com. cap. 19 litera L. et ex antiquioribus notarunt hoc discrimen Ueronius, et Butrius in presenti quos dictus et pluribus alijs placuit.

A In aliena persuasione sunt Iason et Bartolus in l. 2. C. si contra ius

Baldus in l. 2. C. si nuptiis ex rescripto petantur rebuffus ubi sup. nu. 129. Innocentius in cap. cum dilecta 22 de t. Sanchus de matrimonio lib. 8. disputatione 21 nu. 2. Gratianus in cap. finali de iudiciis Menochius de arbitrariis casu 200. nu. 10. Valens in paratitlis ad eum tit. §. 4. nu. 4. Praeterius de veriis verba accepere his auctoribus predictis discrimen inter obreptionem, et subreptionem displicet quare sententiae subscribo qr. sunt pro ea expressa iura ut constat ex tex. in l. si accede §. item si fundum ff. de negotiis gestis ubi qui mandatum non habet, et ait se habere obrepere dicit., et qui ex alienum pupillo fingit l. 1. §. 2. l. magis puto §. §. penultimo ff. de rebus eorum, et qui libertatem sibi relictam falso asserit obrepere dicitur. l. 26 §. subventum ff. de fidei comissariis libertatibus l. 3. §. puberi ff. de carbonario edicto sed qr. hec nomina promiscue usurpantur in l. 2. C. si nuptiis ex rescripto petantur. et passim in iure confunduntur. cap. cum dilecta 22. de t. cap. sinodum 23. de prebendis in 6. non sine causa practici has voces confundunt ut probat Rebuffus ubi sup. quare verba dicti capitis super literis secundum frequentiorem editionum usum tam de obreptione quam de subreptione exaudiunt. qr. ad effectum infirmandi rescriptum inter vitium obreptionis, et subreptionis nullum discrimen assignari potest sed hec nec ie nec libet nec licet immorari qr. non vocibus sed rebus intendere nostri muneris est.

Celebrem proponit questionem 5
Innocentius 3. supra relatis verbis an scilicet rescripta ex malitia vel aut ex ignorantia tacita veritate aut supressa falsita impetrata viribus careant, et ut patet ex tex. ibi: Diversos intelleximus diversa sentire apparentia tam eualle olim hic a contrarius inter varios celtores, et in hac r. varias et multum diversas ex ipsis sententias aliis asserentibus impetratores carere om

ni

omni commodo literarum cuius dictorum fuit Placen
tinus ut notant Glosa in l. praescriptionem. C. si con
tra ius Saccarela in prosenti Amurius nu. 4. Bu
trius et Veroius nu. 1.

6 Horum autorum, et Placen
tini sententia quam variis rationibus comprobare
ut notant Bartolus ubi sup. Sinus in l. 2. C. si con
tra ius util. ex quibus evidentiores, et selectiores
eligemus. Probat. 1. haec sententia tali. cap. su
per literis ibi cum mendax precator carere debe
at impetratis. cap. 46. cap. ad aures. de cap. ple
rumque. 23 ht. l. 29. ff. ad legem corneliam de fal
sis igitur qui falsas preces impetrationi adhibet quo
modo rescripti carere debet. 2o. quia in omni res
cripto haec conditio si preces veritate nitantur aut
ponitur expresse l. finali de diversis rescriptis vel
subintelligitur tacite cap. 2. ht. quo non alio modo
creditur emanatum rescriptum nec adsit. poterit pre
cator beneficio literarum uti. Fovet haec ratio quia
haec conditio ad praesens tempus refertur argum. tex.
in cap. ex conquestione de restitutione spoliatorum
cap. si eo tempore de rescriptis in 6. et quidem na
tura conditionis ad tempus praesens relatae ea est
ut si vera sit actum confirmet si falsa perimat di
cis iuribus l. 37. cum seqq. aliis sequentibus ff. de re
bus creditis l. cum in 2. 16. ff. de iniusto rupto l. con
ditio l. si ita stipulatus ff. de verb. oblig. quod vel sta
tim valet rescriptum si preces veritate nituntur vel
si non sint verae statim corruit. his accedit regula
iuris quae cavet quod conditiones debent adimple
ri in forma specifica l. qui heredi ff. de conditioni
bus, et demonstrationibus l. 1. §. opus ff. de no
vi operis nuntiatione Amaia ad legem 4. C. de iu
re fisci lib. 10. nu. 39. 3. quia nullus potest ex delic
to commodum reportare l. 14. §. 1. ff. de furtis cap. in
delectissimus de iudiciis l. 2. §. final. ff. si cuius cautio
nibus cum similibus sed qui verum tacet vel
falsum dicit animo circumveniendi dolum committit.

l. 10. §. patronus ff. de in ius vocando l. praescriptio, ne C. si contra ius vel ubi Gothofredus. [illegible] mendax precator omni comodo literarum carere debet. 4. gl. iudicis decretum irritum est si ei obreptum sit l. magis puto §. penultimo ff. de rebus eorum l. 26. §. subventum ea sequentibus ff. de fideicomissariis libertatibus. l. si praetor §. Marcellus ff. de iudiciis ubi non sustinetur sententia falsis alegationibus contra absentem obtenta igitur multo magis Principis rescriptum irritum erit si ei obreptum sit sequeretur alias quod impetrans ius sibi rescripto diceret si ei liceret uti rescripto veritate tacita aut suggesta falsitate impetrato quod nemini licet toto c. nequis in sua causa [illegible] l. extat ff. quod metus causa Osualdus ad Donelum lib. 2. com. cap. 2. pertotum his rationibus sententia placentini fulsit.

Secundum verba Innocentii ibi: aliis vero dissentientibus quod licet si forma carere debeat literis nostris expressa nihilominus iuxta rigorem iuris sit a delegato iudice in negotio procedendum. His verbis Ioannis Asonis in l. 1. C. si contra ius [illegible] nu. 4. et aliorum sententiam proponit. opinantium posse iudicem licet non iuxta formam in rescripto expressam secundum iuris rigorem, et negotii comissi veritatem procedere quod in vere videtur. verba capitis super literis ibi: et sit forma [illegible] huius opinionis fuit etiam Cuiacius in paratitlis ad tit. c. si contra ius quod [illegible] sententia supra dicta erat contraria quod placentinus asserebat rescriptum prorsus inutile esse ac proinde iudicem in eo datum procedere non posse Ioannes Ason vero illi asserebant rescriptum quoad dationem iudicis non esse inutile et sic posse iudicem procedere licet non iuxta preces obreptitias, et mendaces secundum veritatem comissi negotii haec sententia expresse probari videtur. [illegible] in l. 1. C. si contra ius [illegible] ubi Imperatores Diocletianus

nes, et maxime minimus respondent quod quo
cognito deleto, e rescripto imperatorem in
ubi si ex gestis que dum in rescripto mutantur
posse iudicem ille ibi datum iudicare ipsum rescrip-
tum non est prorsus invalide. Dicunt probatur. Ag-
nostra ex tex. in l. 2. C. eodem ubi reperitur eventum
quod praescriptionem mendatiorum opposita sicut in
in variis narratione mendatium reperiatur sicut et
tegendi fraudem datum iudicem posse de causa cogno-
scere, et sententiam ferre ipsum et informare
rescripta propter mendatium sub replicatione redditum
non tamen prorsus rescriptum corruit. Probo
nota 3. hoc opinamentum ex tex. et in l. et si non
cognitio 4. C. eodem ubi a Constantino imperatore
statuit quod si non cognitio sed executio man-
detur de veritate ~~precum~~ precum inquiri oportere
et quod si fraus intervenerit ille omni negotiorum
dicere cognoscere valere (?) non omnino est frau
de impetrantis reddit invalide rescriptum. Et sine
cum legibus et peritorum doctorum et quod magis est
legum dissonantiam et iam apparent iura que contrariis.
parti faciunt hoc desiderium ut componere Innocen-
tius 3. in sequenti versu. sententiam suam proponit.

8 Innocentius 3. sententia
tertium ita exprimit. nos igitur inter eos qui per frau-
dem, et malitiam et illos qui per simplicitatem litteras
nostras a nobis impetrarunt huiusmodi credimus
distinctionem adhibendam. Et utrasque res componit.
Et desiderat discrimen constituit inter eos qui per
ignorantiam et eos qui per malitiam rescripta
impetrarunt quod discrimen sequens est in iure ad
hoc ut severius vel levius delicta puniantur.
cap. 1. de homicidio voluntario cap. Deus fere to-
illo tit. l. qui actionem l. item mela l. 30. § in hac
actione ff. ad legem aquiliam l. verum ff. de furtis
l. perspiciendum § 2. ff. de poenis unde vulgare
actiones volantes, et propositum distinguunt male-
ficia l. qui iniuriam 53. ff. de furtis. Sic componen-

In

dictū l. 90. §. 1. ff. eodē notat Seneca de beneficijs
lib. 26. cap. 8. Aristoteles lib. 5. ethicorū cap. 8. mul-
ta de hac re se conferunt Felinus et Decius
in cap. a nobis 2 de sententia excomunicationis
Sola=tarno de contrahenda emptione lib. 2 cap. 16 A
mariolibus observationū cap. 2. nu. 6.
Sequitur modo videre in quo 9
tota mentis nostrae intentio demonstrat. ibi ut hi qui prio-
ri modo falsitatē exprimunt, vel subprimentis que
preceritatis penā ~~exprimunt~~ nullū ex literis como-
dum consequantur. Primo modo idē qui per fraudē
et qualitatē ex quibus infert approbatio sententiae
Placentini ex sententia iuris principium scilicet rescrip-
tū per dolū vel fraudē impetratū tacita veritate
vel suggesta falsitate nullū comodum precatori af-
fert sunt huius placiti tex. in cap. 8. cap. sedes 15.
cap. cū adeo 17 cap. constitutus 19. cap. cū dilecta 22
cap. postulasti 27. cap. ad audientiā 31. cap. in nos-
tra 32. cap. ex insinuatione 37. cap. si proponente 42.
tit. cap. 2. de filijs presbiterorū cap. eā te de etate
et qualitate cap. penultimo de ofitio vicarij cap.
super 5. de cohabitatione clericorū l. si quis 29. ff.
ad leg. corneliā de falsis l. ex ea C. si contra ius
Paulus lib. 1. sententiarū tit. 22. his conueniunt
tex. in l. 1. ff. de dolo l. iuris gentiū § ait pretor
et § si fraudandi ff. de pactis l. 5 ff. de in integrū
restitutione l. si remunerandi §. rectissime ff. man-
dati l. 2 in princ. ff. de doli mali, et metus exceptio-
ne l. 10 § patronū ff. de in ius vocando l. 49 ff. de
bonis libertorū l. 3. § pubeii ff. de carboniano edic-
to l. mulier pactos §. penultimo ff. de rebus eorū l. 26
§. subueniri ff. de fideicomissarijs liber-
tatibus l. si pretor §. Marcellus ff. de iudicijs et ratio
huius principij quā hic adfert Pontifex. ē quod in uti-
litas rescripti fiat in odiū, et penā doli seu men-
dacij quo visus ē precator confert Divus Augustinus
in Ioanne ibi: iuris esse forensis ut in precibus men-
titus ē illi non prosit quod impetravit id quod in-

penā mendacij ita refert Diuū Augustinū Cuiatius in paratilbus C. si contra ius uel util. et de hac prima parte respondi agendū ē impetranti postea de 2ª. ubi alia pars distinctionis cauetur.

10 Hijs ita prelibatis ne assertio premitenda sunt aliqua ad clariorem mens innoten-tij reddatur. et cū principiū sit qd. rescriptū per dolū, et fraudē tacita veritate aut sugesta falsitate impetratū sit nullū aduertendū ē dolū aut esse bonū aut malū ita conuenit omnis tit. de dolo, et contumacia extra, et tit. ff. de dolo malo ita Ulpianus in l. 1. ff. de dolo ē enim dolus bonus qui solertia, et industria appellatur qui tendit ad fraudē et artes malas impediendas l. 1. §. 3. ff. de dolo nā enim vis oposita iuste arcetur l. 3 ff. de iustitia et iure late Osualdus ad Donelū lib. 17. com. cap. 2. post. Tuti ita fraus ē concessa repellere fraudē l. qd. ait §. 3. ff. de libero homine exhibendo Tiraquelus de retractu ne nu. 70. interpretatione cū sequentibus; dolus igit. bonus iure inpermissus non ē cap. dominus 23 q. 2. l. 26. ff. de captiuis, et postliminio reuersis multa de hac re conferunt Couarrubias lib. 2. variarū cap. 2. nu. 1. Rebuffus in l. unica notabili 9. C. de sententia passis etca. Petrus Gregorius lib. 1. sintagmatū cap. 13. nu. 2. Salicetus ad legē 9. ff. soluto matrimonio nu. 8. Osualdus ad Donelū lib. 15. com. cap. 40. litera C. est, et alius dolus re ipsa contingens absq. fraudulenta machinatione, et citra simulationē quē negotiatū vocat Osualdus ubi sup. de quo intelligendi sunt tex. in l. 16. §. penultimo ff. de minoribus l. 22. §. ult. ff. locati nouela 97. cap. 1. Cuiatius ad d. l. 16. petrus Fab. in l. 206. ff. de regulis iuris Castillo controuersiarū lib. 8. nu. 14. in quo tamen iste dolus conueniat cū dolo bono videndus Osualdus ubi sup. litera L.

11 Dolus malus relictis iuribus pluribus quæ cumulare solent Ricardus ad l. 23. ff. de regulis iuris Petrus Gregorius lib. 21.

pintus matu. capp. 13. et alij relati ab Ascualdo vbi sup.
Dolus ex sententia Labeonis e omnis calliditas
falacia maginatio ad circuueniendu fallendu
decipiendu ve alterum adhibita l. 1. §. dolu. in prin.
ff. de dolo malo, hanc diffinitione sequunt. communiter om-
nes ut referunt Medices de differentijs g. parte cap. 3.
Alciatus in l. aliud e fraus ff. de verb. sig. habet
ipse dolus calliditate aliis consistentem in mentis magi-
natione, et consistit hec calliditas in taciturnitate
rei quae necessario erat exprimenda l. 1. §. 1. ff. de
actionibus empti cu similibus aliquando vero est
dolus prompta animi destinatione, et delinquendi
proposito l. 2. §. 8. ff. de vi bonoru raptoru l. 7. ff.
ad l. Corneliam de sicarijs notandu e etiam breuiter
fraudis nomen generalius esse, et latius patere
quam doli significat enim fraus omne delictu factu
q. culpabile ut communiter notant omnes in l. aliud
e fraus ff. de verb. sig. Ouualdus vbi sup. licet al.
et licet aliquid, et fraudem doli speciem constituant
per legem 10. §. 10. ff. de pactis tamen a dolo distinc-
guit fraus qua ad effectu deducta damnu illa-
tu respicit l. 10. §. 1. ff. quae in fraude creditoru, do-
lus vero in solo animo fraudandi consistit licet nec
~~sub~~ euentu fraudis siue consilio neque consilia
si fraude regulariter coherceat. l. 10 §. 1. et pasim
ff. quae in fraude creditoru l. 4. §. 29. ff. de fideico-
missarijs libertatibus. 12

Notandu e deinde q. in va-
rijs locis varijs penis soleant mendaces coherceri con-
stat ex l. 27. l. vl. ff. de rei vindicatione l. qui se
litit ff. de petitione hereditatis l. 23. §. hec actio ff. ad
l. aquiliam l. de etate 11. §. cu esset ff. de interroga-
tionibus in iure faciendis l. 4. vers. interdu ff. q.
cu eo l. 22. ff. de re iudicata l. consultum
6. 8. ff. ad l. falcidiam cu illis alijs explicat Cas-
tillo lib. 8. controuersiaru Capnolus in l. nemo
ex his ff. de regulis iuris Gratianus disceptationum fo-
rensium tomo 2. cap. 109 — felinus in cap. canoni

de constitutionibus. et communiter scribentes in authenti-
ca contra qui propria C. de non numerata pecunia
et in praesenti merito praedatori mendaci, et doloso
poena imponitur amissionis beneficii impetrati ut prae-
cipue puniatur in quo delictum committit quod fre-
quenter evenit cap. 2. de rebus ecclesiae alienandis
vel non cap. nullus de foro competenti cap. 13. de
temporibus ordinationum l. 3. C. de servis fugitivis no-
vella 17 et 14. l. 1. C. de oblatione de raptu virginum
et pluribus vulgaribus omnibus his convenientia pul-
cra tiera in cap. ad audientiam de sententia excom-
municationis novella leonis 92 novella Iustiniani
142. cap. 1. facit quoque constitutio leonis, et con-
stantini cuius meminit Armenopolus lib. 1. tit. 7. re-
latus a Osualdo ad Donellum lib. 4. cap. 17. litera R.
et praeter Cuiacium lib. 7. observationum cap. 13. plura
de hac re observant Fornerius lib. 3. selectarum cap.
28. Petrus Fab. lib. 3. semestrium cardinalis oyo
in cap. 24. levitici, et novissime Suarez in apparatu
ad l. aquiliam num. 8.
Ex mente Pontificis aequipa-
13 rantur qui tacita veritate impetrant rescripta, et qui im-
petrationi falsitatem adiciunt Gutierrez canonicarum quaestio-
num lib. 2 cap. 19. num. 28. Menochius de arbitrariis 201. num. 27. Bar-
bosa ubi in cap. super literis hoc. num. 12 quod etiam cautum est in
cap. 1. de crimine falsi cap. quis quis 11. q. 3. l. 2. C. si contra ius ita Felinus in cap. 1. de rescriptis
sed non leviter videtur obstare quod non aeque delinquit qui Ananias in praesenti.
verum celat, et qui falsum exprimit cap. ne quis 14 cap.
ne quaerite 22. 22. q. 2. ubi proditum est quod etiam et si
semper malum sit mentiri celare ~~aut~~ tamen veri-
tatem aliquando licet. huius rei exemplum est rei autem
nam et testes non legitime interrogati veritatem
tacere possunt, aut cavillationibus interrogationem sup-
terfugere mendacium tamen numquam dicere pos-
sunt cap. si quis cum similibus 22. q. 2. Divus Tho-
mas 2a secundae q. 69. articulo 1. Caietanus q. 69.
articulo 7. Bernardus Dias in practica cap. 118.
Antonius Gomez lib. 3. variarum cap. 12. num. 15. Idus

de tegendo secreto q. 2. membro 2. Nauarrus de res-
titutione lib. 2. cap. 4. Diana in summa verbo men-
datium, et verbo reus quibus addo leonelum de in-
ceptione scriptorum q. 1. articulo 9. § mitius
puniendi sunt qui impressibus veritatem celant
et grauius qui falsum exprimunt aeger. Di-
ficultas q. ex parte ius dimanat vulgatam l. si
ex plagis §. tractio ff. ad l. aquiliam l. ut responsum
c. de transactionibus ubi cum factum tacendi veritatem
et exprimendi falsitatem inter se differant non de-
bet in proposito casu idem ius dari ita ratiocinatur
leonelus q. 1. articulo 2.

Pro conciliatione huius du-
bij sciendum est quod mendacium ex se semper est illi-
citum quia est falsa vocis significatio cum voluntate
fallendi ut ex Diuo Augustino docet Gratianus
in cap. beatus §. ille q. 22. q. 2. ita Diuus Thomas
2a. secunde q. 100. articulo 1., ex hac ratione
perpetuo prohibitum est mendacium tacere veritatem
tacere nullam vocis dolosam significationem habet
sed tantum taciturnitatem, et dissimulationem
unde expressio falsi, et veri taciturnitas maxi-
me separantur. quia mendacia nunquam permi-
tuntur. cap. 8. cap. 19. cum sequenti 22. q. 2. Diuus
Thomas ubi sup. attamen causa celari potest veri-
tas cap. quaerit. cap. nequis 22. q. 2. quare
si persona priuata vel publica praeter omisso iuris
ordine aliquid a me quaerat sine vitio verita-
tem celare possunt alias cauilatione uti non
licet extraditis a Nauarro lib. 2. de restitutio-
ne cap. 4. nu. 136. caeterum cum dissimulatio
fit nocendi animo prorsus impermittitur sic in-
telligendi textus in l. 2. C. si contra ius l. 22. ff ad
legem corneliam de falsis cap. 1. de crimine falsi
cap. quis quis 11. q. 3., et ad hanc speciem per-
tinet taciturnitas dolosa quam impressibus res-
criptorum committit. hoc enim quia principes cir-
cumueniendi causa peragitur. seuerius puni-

puniri debet argo. tex. in l. falsa 16. § perso-
na ff. de penis cum vulgatis, et sic ē intelligendus
Innocentius in presenti ut observant Gonzalez
de subreptione rescriptorum q. 1. articulo 9. nota
tamen qd. hic taciturnitas veri ratione doli
punitur, in quo veritatis silentium, et falsi expres-
sio conveniunt, quo fit ut predicta facta ratio-
ne doli non sint distincta, et per consequens qd. idē
ius in utroque casu dict. ex quibus patet solutio
ad ultimam considerationem.

17 Relatam primā adeo ve-
rum ē ut nullomodo rescriptum per dolum impetratum
utile sit etiā si Princeps alias esset illud concessu-
rus si causa Principi alegata sit finalis sive impul-
siva qd. non obscure constat in presenti nā postq.
quam Innocentius 3. inter dolosā, et simplicē impe-
trationē rescripti tacita veritate aut suggesta fal-
sitate obtenti discrimen assignat proponit pre-
catorē primo casu penitus carere impetratis
huius enim dictionis penitus, ~~dictionis penitus~~ natura
illa ē ut omnes casus excludat argo. tex. in
cap. sedes lit. Tuscus practicarum litera D. conclusio-
ne 325. Barbosa de clausulis cap. 112. deinde qa.
Innocentius precipue punit dolum impetrantis
ne alias dolus mendaci precatori prosit igit.
rescriptum per dolum impetratum etiā si expressa cau-
sa illud concessurus esset Pontifex ē inutille
qa. dolus inspicit. solum nec ultra de consequen-
tiis animo querendum ē ut ex d. cap. super literis
patet et convenit tex. in cap. si proponente 42. lit.
ubi cavetur qd. si ille qui in competens beneficium
habet aliud a Pontifice impetrat asserens tacet
se nullum beneficium habere huiusmodi rescriptum
sit nullum etiā si Pontifex in competentis beneficiis
scientiam haberet nihilominus rescriptum concede-
ret argo. tex. in cap. postulasti 27. lit. cap.
cum viceamur de prebendis in 6. comprobatur
ut relatam primā ex tex. in l et si legis laus c.

si contra ius vbi rescripta legibus contrarium penitus inutile e simendatio obtinenti etiam et si scierit Princeps consideret igitur indistincte rescripta per dolum impetrata sunt inutilia cum non inspectionem consideretis vero voluntatis sed impetratus dolus facit etiam quod in hoc casu non debet locus distinctioni quam assignat Ponti in rescriptis impetratis per ignorantiam vel simplicitate ut explicat glosa impressa in cap. si proponente ut in cap. significante de ofitio, et potestate iudicis delegati Abbas in d. cap. super literis nu. 40. Bartolus in l. 2. C. si contra ius vbi hanc sententiam communem vocat Iason Barbosa in collectaneis ad hunc tex. nu. 4. leonelus de surreptione rescriptorum q. 14. articulo 3. 16

His obstare videtur tex. in l. eleganter 7 in prin. ff. de dolo malo l. Iulianus 13. ff. de actionibus empti l. si quis cum aliter ff. de verb. obli. l. in causa §. item ff. de minoribus l. Donum 57. ff. de contrahenda emptione quibus iuribus proditum est illum solum dolum vitiare contractum qui causam contractui praestiterit igitur rescriptum dolo impetratum solum infirmatur quatenus dolus rescripto causam dedit et non illud quod alias Princeps concessurus esset. Rationi dubitandi facilitur obviatur dicendo quod dolus non aliter actum vitiat quam si contrahendi causa fuerit non vero quando alias venditor aut emptor contracturus in ipsa conventione dolose decipit. ut in d. l. eleganter doctores observant, et explicant Oberldus ad Donelum lib. 12. com. cap. 7. litera D. Antonius Fab. in l. in causa 16. §. 1. ff. de minoribus omnino videndus pro conciliatione d. legis 16. cum l. 9. C. de rescindenda venditione quibus addo Sangerium de exceptionibus parte 3. cap. 12. nu. 11. Amaie, et ibi laudatos in l. 2. C. de iure fisci lib. 10. nu. 46. sed. 17

Sed in hac specie dolus ~~ob~~

ultra progredit. irritando scilicet rescriptum quod alias
Princeps conscientius erat non praeiussi propter doli
naturam sed quia in dolis et mendatijs poenam ita
constituai placuit ut ex d. cap. super literis patet ibi.
insuper pro veritatis poena, et comprobatum relinquimus
sup. auctoritate Divi Augustini ... huius constitutio
nis ratio est quia magis ... debet is a quo Prin
ceps decipit quem sufficientibus circumueniretur quia
se notum est ex persona eius cui fit iniuria de
lictum crescere vulgata l. aut facta §. persona ff.
de poenis ex contrario quod dolus dat causam contrac
tui si est bonae fidei reddit nullus non in poenam com
mittendis dolum sed propter defectum consensus contrahen
tis l. eleganter. 7. ff. de dolo malo ibi: in hoc ipso
ut venderet circumscriptum est l. 3. §. vol. ff. pro socio
et notant communiter omnes in l. eleganter ff. de do
lo Pich. in §. 1. institutionum de exceptionibus ...
... explicat Leonelus de surreptione rescriptorum
q. 14 articulo 3. Ex his descendit quod pre

18 catores per obreptionem, et aut subreptionem pre
ter poenam nullitatis rescripti etiam, et poenam falsi
luant l. siquis 29. ff. ad l. corneliam de falsis et
merito quia qui verum celat in falsi crimen inci
dit l. 2. ff. ad l. corneliam de falsis cap. 1. de crimi
ni falsi quod non est praecise intelligendum nisi quando
nimia mendatij reperitur improbitas quo casu se
ueritati iudicantis subiacere debet mendax l.
et si legibus C. si contra ius vnde infertur hanc
poenam aliquando esse extra ordinariam, et proinde ius co
llatam in arbitrium iudicantis Menochius lib. 2. de
arbitrarijs casu 313 doctores, et praecipue Iason
in l. si ex falsis C. de transactionibus. Ioannes Andre
as et Romanus scribentes in cap. fraternitatis
de hereticis Leonelus de subreptione rescriptorum
q. 14. articulo 9. aliquando tamen praeter poenam nul
litatis rescripti alia certa punitur dolosus precator
quod evenit quando determinata poena ... a iure

ut in specie legis finalis § 1. C. de his qui a non do-
mino manumissi sunt pena etiã ordinaria ali-
quo plectitur dolosus precator ut probat Meno-
chius ubi sup. nu. 6. cum autem subreptio, aut
obreptio non incidit in aliquod specificum cri-
men nec in nimiam mendatij improbitatem pre-
ter penam nullitatis rescripti nullam aliam sustinet
impetrans ut docte observeat Menochius ubi sup.
nu. 6. et Verovio in presenti 2. lectura nu. 4. et
Baldi in l. et si legibus C. si contra ius pro solutio-
ne eorum que his obstare videntur ut ne immore-
mur consulendus Leonelus de subreptione rescrip-
torum q. 14. articulo 4 cum sequenti.

Acriter etiam dictis obstat 19
tex. in l. 2. C. si contra ius quo loci expresse rescriptum
est quod licet dolus in rescripti impetrationi inter-
ueniat non tamen inutile rescriptum sit cum
Iudex in rescripto datus procedere possit iuxta
veritatis tenorem huius tex. dispositio tam difficilis visa
est communiter interpretibus ut desperantes illius
decisionem cum relato cap. super literis componere ap-
parent non solum canones ocasione istius legis contra-
riari iuris civili verum, et civilis dispositiones in
hac re non in unum convenire ita Leonelus de
subreptione rescriptorum q. 2. articulo 2. alij
quod peius est arguunt, et increpant Innocentium
in d. cap. super literis quasi iuris errore lapsum
ita Cinus in d. l. 2. ubi etiam Gotofredus, et alij
a quibus merito recedere Bartolus, et post eum fere
ceteri in d. l. 2. ubi Iason nu. 2. qui omnes vin-
dicant Pontificem a predictis increpationibus.

Supra dictae difficultati 20
varie occurrunt interpretes ut constat ex glosa, et Bar-
tulo in d. l. 2. Iasone ibi nu. 2. et 22 a Bate in pre-
senti nu. 3. Cardinali Saeuvola hic oppositione 2, et
q. 4. Butrio nu. 2. Germonio lib. 1. animaduersionum
cap. 15, et alijs omissis igitur varijs huius tex nostro
tex. conciliationibus magis placet interpretatio

asserentiũ d. l. 2. C. si contra ius intelligendã esse ita ut opposita exceptione mendaciorũ iudex ibi datus non possit cognoscere de causa principali, et secundũ modũ merita causæ recipiente procedere, sed potius quod opposita exceptione mendacij non de alia re cognoscat iudex sed dumtaxat de tenore veritatis idẽ an precũ narrationis qs. tenor verus fuerit quod sine dubio arguunt verba d. legis 2 ibi: pro tenore veritatis non precantis affirmatione iudiciũ cognoscere debere, et hoc modo accepta d. lex non solũ non opponitur menti Innocentij sed eandẽ decisionẽ continet ut apparet ex d. cap. super literis ibi: quod delegatus postquam sibi super hoc facta fuerit fides nulatenus si de causa cognoscat, quæ verba probant quod delegatus postquã cognoverit de veritate precum non amplius de causa cognoscat ex quibus deducitur delegatũ solũ impermitti cognoscere de causa principali, et hoc ẽ quod statuit quod Imperator in d. l. 2. C. si contra ius hanc interpretationẽ quasi proprio marte excogitatã tradit quidã preceptor Salmantinus sed ego eã didici ex traditis Alciato in presenti nu. 29. quia tenet illa verba d. legis ibi secundũ hoc de causa convenit ferre sententiã intelligendã esse de causa illa quæ vertebatur circa veritatẽ precum non tamen de causa principali quæ interpretatio ex contextura verb. d. legis non obscure liquet.

21 Ex his infertur exceptionẽ surreptionis, vel obreptionis quæ prescriptio mendaciorũ dicitur in d. l. 2. suspendere solũ iurisdictionẽ iudicis respectu meritorũ causæ non autẽ ratione competentiæ vel incompetentiæ sit ita l. 2. Ubaldus ad Donelũ lib. 22. com. cap. 9. litera D. Leonelus de surreptione rescriptorũ q. 12. articulo 4. Sarpenius de exceptionibus parte 2 cap. 16. quos nouiter adduco. Hæc exceptio quatenus gratiam, et negotiũ principale concernit peremptoria ẽ, et post litis contestationẽ ea utimur contra impetrantẽ rescripta Baldus in l. 2. nu. 3. C. si contra ius Panormitanus in cap. constitutus nu. 10. et cap.

ad au

ad audientiã 31. nu. 15. hr. Caualca consilio 79. nu. 9. Sangerius ubi proxime nu. 4., et de hac exceptione intelligi potest etiã d. l. 2. cũ hac exceptione mendaciorũ non obstante permittat. iudici de causa cognoscere q̃d. non ita esset si dilatoria† exceptio opponeret: hęc enim lite† excepcio impedit cap. inter 20. de re iudicata exceptio vero peremptoria non ita cap. 1. de litis contestatione in 6. l. peremptorias C. sententiã rescindi non posse explicat Menochius de arbitrarijs casu 202. nu. 6. contrariũ observat. si in modũ exceptionis dilatorię surreptionis exceptio obiciat. huius rei exempla tradit Sangerius ubi sup. nu. 5. 22

Discriminis ratio inter exceptionẽ peremptoriã, et dilatoriã quoad pręsens attinet illa occurrit q̃d. falsitas aut taciturnitas veri quoad exceptionẽ peremptoriã officit adversario cui liat delegatus cognoscat de causa principali adhuc salua manet exceptio de qua in litis progressu tractari potest ita Sangerius ubi sup. . Ex contrario in exceptione dilatoria q̃a si rescriptũ inutile ẽ et iudex cognouerit graue fieret pręiudiciũ adversario cui adimeret. exceptio per quã ante litẽ contestatã rescriptũ impugnare, et iudicis cognitionẽ potuit excipiens fugere ex quo discrimine exceptionũ lucem accipit tex. in l. et. si 4. C. si contra ius ubi verba illa de omni negotio cognoscat intelligenda sunt in falsitate pertinente ad exceptionẽ peremptoriã ita Fulgosius, et extremis ibi Menochius lib. 1. de arbitrarijs q. 38. Pinelus in rubrica C. de rescindenda venditione 1 parte cap. 2. nu. 28. si tamen fraus in precibus adiecta pertineat ad exceptionẽ dilatoriã tunc verbũ cognoscat de quo in d. l. 4. referri debet non ad iudicẽ datũ sed ad ordinariũ ubi explicant communiter interpretes antiquiores. 23

Adhuc videtr. opponi d. lex 4. prout in ea cavetr. iudicẽ in rescripto surreptio datũ de omni negotio cognoscere ut expresse habetr. ibi: ut si fraus interuenerit de omni negotio cognoscat. Igitr. postquã iudex in rescripto surreptitio datus cognouit

Haudẽ

interuenisse adhuc ei superest cognitio qd. proinsop-
ponit. Innocentius in d. cap. super literis ibi: postquam
sibi super hoc facta fuerit fides nulatenus de causa
cognoscat igit. perperam dictum e. predictum iudicem solum
cognoscere de veritate precum, et non de meritis cau-
se qd. constitutum e. in l. prescriptione C. si contra ius. Re
spondet. illa verba de omni negotio cognoscat re-
ferenda esse non ad iudicem in rescripto datum sed ad
iudicem ordinarium cui impedimento esse non debet
quo minus de omni negotio cognoscat ~~referenda~~
~~esse non ad iudicem~~ etiam si fraude rescriptum impetra-
tum sit verbum enim cognoscat in d. l. 4. impersonalit.
conceptum extat, et non e. divinatorium illud ad iudicem
ordinarium referre ita Iason, et Placentinus in d. l. 4.
Superioribus obstat diffi-
24 cilis tex in cap. si eo tempore de rescriptis in 6. ubi scribit.
qd. rescriptum ad beneficium sive cum cura sive absque
illa obtentum tacito defectum legitime etatis ad curatum
cum tamen legitima esset ad simplex beneficium vali
dum e. ad optinendum beneficium simplex. non vero ad
curatum qa. primum Pontifex concederet etiam si sciuis
set etatis defectum: igit. subreptio vitiat illud re-
scriptum cui causam prestat non vero illud qd. alias
princeps concessurus erat ut habet. in d. cap. si eo
tempore huic dubitationi cum Abbate in presenti, et
alijs quos refert Sanchez de matrimonio lib. 8.
disputatione 21. nu. 61. respondendum e. in d. cap. si
eo tempore fraudem non interuenisse qa. veritas
non fuit dolo suppressa quo fit ut non recte nostro
pro. opponat. et dato qd. cum Verrio hic lectura
2. nu 17. admitamus in d. cap. si eo tempore dolosam
fuisse etatis subreptionem nunquam potuit etatis
taciturnitas in totum vitiari rescriptum qa ut subti
lit. considerat Veroius ubi proxime nu. 15. man.
datum de providendo de quo in d. cap. si eo tempore
fuit alternative conceptum Unde cum alternative
ea virtus sit ut alterutra pars ad impleri suffi-
ciat l. si heredi 15. ff. de conditionibus institutionum

cap.

cap. 4. ht. Loterius de re beneficiaria lib. 2. q. 47. nu. 71. ideo gratia que non potuit in beneficio cum cura effectum habere propter defectum etatis potest ad impleri in beneficio simplici quia illa gratia alternativa continet duo rescripta virtute, et per accidens unum argu. tex. in l. hec scriptura ff. de conditionibus, et demonstrationibus ita ratiocinatur Gutierres lib. 2. canonicarum cap. 19. nu. 45. Sanchez ubi proxime nu. 71.

Predicti dubij occasione queri solet an si rescriptum plura continuat, et fraus non omnibus in rescripto contentis causam prestiterit vitiet rescriptum quoad omnia an uero quoad illa solum quibus dolus, et fraus causam dederunt pro resolutione huius questionis statuendum est dolum, et fraudem in articulis separatis, et in diuersum tendentibus dumtaxat ei capitulo vitium inferre cui interuenerunt argu. tex. in l. penultima C. de transactionibus. cap. inutile de regulis iuris in 6. cap. si beneficia 19. vers. nos de preben dis cap. si eo tempore de rescriptis in 6. verius in prescriptione nu. 13. in fine, et in hac re fortissimum argumentum prebent tex. in l. 29. ff. de minoribus l. 4. 1. ff. familie herciscunde iuncta l. 3. ff. de alimentis legatis tex. sic intelligendus in l. 5. ff. de iure patronatus ne alias pugnet cum l. 27. ff. familie herciscunde faciunt tex. in l. 21. ff. de receptis arbitris l. 21. C. de sententijs, et interlocutionibus. cap. cum tempore, et ibi scribentes de arbitris. 29

Contrarium iuris est quando rescriptum plures res continet inter se connexas et necessario dependentes, nam in hac spetie fraus que causam prestiterit uni, et determinato articulo alijs dependentibus a fortiori debet nocere, et quod fraus sic euenerit omne rescriptum vitiabit quia connexorum eadem est ratio cap. translato de constitutionibus cap. quoniam de iudicijs conferunt tex. in l. 10. ff. de appellationibus. l. in hoc iudicio ff familie herciscunde l. heredes 25. § iudex ff. eodem cum alijs quibus iuribus traditum est non posse pro parte valere 26

sententiam, et pro parte non si lis habeat articulos
dependentes, et necessario connexos Va. illustrium
lib. 7. tractatu 2. cap. 9. nu. 6. Osualdus ad Done-
lum lib. 21. com. cap. 11. litera P. quae responsio res-
criptis per dolum impetratis habentibus res connexas
et dependentes mirifice congruit. Ultimo congruit
haec sententia ex tex. in cap. sedes 42. ubi rescriptum
aliquarum personarum ad omnes extenditur propter
connexionem sed quod rescriptum dicatur continere res
connexas, et commodo late Leonelus de surreptione res-
criptorum q. 17. articulo 2. dependeant supra dic-
tam relatam distinctionem Decius in praesenti nu. 18. San-
chez lib. 8. de matrimonio disputatione 21. nu. 72.
Leonelus ubi supra q. 11. articulo 2. Gartia de bene-
ficiis parte 8. cap. 3. nu. 16, cum sequentibus.

In contrariam huius juris
27 sententiam Abbas in praesenti notabili 1. Sanarelo
nu. 4. Verous hic lectura 1. nu. 4., et lectu-
ra 2. nu. 17. Felinus in cap. sedes 42. nu. 2.
Barbosa in collectaneis in praesenti nu. 4. et ibi
relati et valensi in paratitulis ad hunc tit. §. 6.
nu. 9. quorum argumentis breviter respondemus et
in primis nobis non obstat tex. in l. et si c. si contra
ius nam illa verba precator careat penitus impetra-
tis intelligenda sunt respectu capituli cum praesens
praestitit causam ita Decius, et Sanchez ubi sup.
sic intelligendo tex. in cap. sedes cap. ex tenore
42., et Innocentius in praesenti ibi. Careat penitus
impetratis.

Oppositae sententiae auctores
28 nituntur etiam decisione tex. in cap. ad audientiam
11. 42. quo loci disponitur laicitatis vitium in una
parte totum rescriptum vitiari Barbosa in collectaneis
ad dictum tex. Farinatius de falsitate q. 153. nu.
151. Lucas de pena in l. 1. nu. 33. C. ut nemo ad suum
patrocinium lib. 11. qui dolus non solum parti cum prae-
stat causam sed totum debet vitiare etiam si rescriptum
res independentes contineant huic dubitationi

respondendū ē latinitatis vitiū in rescripto deprehen-
sū vehementē inducere falsi suspitionē, et hac ra-
tione omne rescriptū vitiare q(ui)a non p(re)sumit(ur) ema-
nasse a romano pontifice arg. tex. in cap. porrecta
de confirmatione utili vel inutili necesse h(oc) ē ut
totū vitiet(ur) rescriptū continens vitiū latinitatis prop-
ter suspitionē falsitatis q(ui)a falsitas individua est
et rescriptū pro una parte falsū, et pro altera
verū esse non potest arg. tex. in cap. si ad scrip-
turas 9. distinctione cap. peruen 3 7. 4. cū alijs adduc-
tis a leonelo ubi sup. ad vero fraus, et dolus precipue
possunt diversa capitula respicere, et alia non
concernere arg. tex. in l. penultima C. de transactio-
nibus ad q(uo)d adeo si contra non venit illa solū
vitiari debent que ex dolo vitiū contraxerunt alias
sequeret(ur) q(uo)d caput rescripti independens et non
continens dolū lederet(ur) per dolorē q(uo)d ab omni
ratione alienū ē arg. tex. in l. non debes fidere
juris iuris alia que facere videntur contra nostrā
sententiā omitto q(ui)a tempus non permittit, et eis
sufficient(er) satisfaciunt Dechius Sanchez, et Leo-
nelus ubi sup.

Huic prio. vulgarit(er) opponi
solet tex. in cap. ex parte de conversione conjuga-
torū ubi Mulier post matrimoniū verbis de presen-
ti contractū vi liceitatis velū solemnit(er) assumsisse q(ui)a
credebat sponsū morbo lepre lepros laborare in
quo decepta fuit quesitū extat ab Innocentio 3o.
an matrimoniū illius velaminis assumtione solu-
tū esset, et respondet Pontifex. Mulierē ante ma-
trimoniū consumatū ingredi religionē potuisse
neri(?) inspiciendū esse causā falsā morbi in qua
decepta fuit cū sine illa causa assumere velum
potuisset igit(ur) inutilitas rescripti non precisse in-
ducit(ur) ex dolo, et fraude impossibles inductis sed
ex principij intentione an scilicet veritate expres-
sa esset idē consessurū vel negaturus.

Facile hec difficultas

quæ valde interpretibus insuperabilis visa est. Dicd.
cit. si dicimus in d. cap. super literis rescripti dolosi
nullitatem ad penam referri (ut supra probatum est) tamen
quæ observari debet quia ita imposita est ad in d. cap.
ex parte 14. de conversione ~~conig~~ coniugatorum cum
de mulieris ~~con~~ obligatione ageret. circa religio-
nis ingressum inspici debet animus ex quo præcipue
obligatio stimatur. vulgatis regulis unde in d. cap.
ex parte licet causa falsa proponatur. nempe mariti
lepra tamen hæc non fuit finalis sed causa secun-
daria impulsiva ob quam mulier credebat matrimo-
nium solutum quæ causa falsa erat quo fit ut hac
deficiente non vitietur religionis ingressus quia supe-
rerat causa finalis qua præcipue moveri potuit mu-
lier nempe religionis studium quo magis deo appli-
caretur. quare cum hæc causa duret licet alia falsa
secundaria deficiat manet mulier religioni ob-
stricta ut docte ratiocinatur Abbas in d. cap. ex parte
fuit doctrina ~~inn~~ Innocentij in cap. ~~ex parte~~ de in regulari
renuntiatione.

Nec obstat tex. in cap. ex par-
30 te obtentis de concessione præbendæ quia ibi dat. intentionis
defectus ita Panormitanus ubi proxime minus obstat
tex. in cap. 7. in fine de voto etc. quia licet in ea spetie vo-
tum non obligaret ex cessatione causæ finalis tamen pro-
ponit commutationem ad cautelam quia non satis apparebat
an causa quæ cessaverat esset finalis aut impulsi-
va, et ideo facilius Pontifex movetur ad votum commu-
tandum ut explicat post Panormitanum proxime sita-
tum, et alios Sanchez ad præcepta lib. 4 cap. 22. num.
37. quæ interpretatio commendari potest argo tex.
in l. si gratuita ff de præscriptis verbis nec contra
nos facit appellare ibi Pontificem hanc commutatio-
nem privilegium quia sæpe conceduntur privilegia ad li-
berandas conscientias a scrupulorum stimulis ut
tenet Sanchez ad præcepta lib. 4 cap. 2. num. 37.
et lib. 2. de matrimonio disputatione 37. in fine.

Iam Innocentij textis

desitionẽ liberã ab argumentis quæ contra eã opponi solent relinquimus solũ superest pro integra elucidatione primæ partis desitionis Innocentij quærere an dolus, et fraus ita rescripta innutilia reddãt ut ipso iure corruant an vero ope exceptionis infirmentur. in hac re frequentius adhiberi solet discrimen inter rescripta gratiæ et iustitiæ ita qd. ista irritentur exceptionis ope illa vero ipso iure nulla existant ita Barbosa in collectaneis in præsenti nu. 8. Glosa ultima vers. tu dicas in cap. ad audientiã 31. h.t. Menochius de arbitrarijs casu 201. nu. 2. Sanchez ubi sup. nu. 3. Garzia de beneficijs parte 8. cap. 3. nu. 2. sed verius in puncto iuris ẽ utraq. rescripta dolose et fraudulenter impetrata esse ipso iure nulla, et plane in rescriptis gratiæ hoc verificari constat ex tex. in l. penultima C. si contra ius l. 1. ff. de natalibus restituendis l. 29. ff. ad l. Corneliã de falsis l. 2. C. de legibus. cap. ad audientiã 31. cap. ad aures cap. constitutus h.t. cap. si motu 23. de præbendis in 6. cap. ul. de filijs presbiterorũ eodẽ lib.

Rescripta iustitiæ etiã ipso iure irrita esse probatur. 1. ex mente Innocentij supplentis ubi aperit. dessissũ in rescripto ad litem ne perimus eo uti possit mendax precator quæ verba aperte nullitatẽ ipso iure inducunt. 2. ex cap. 3. h.t. ut expresse disponit. hanc nullitatẽ committere ipso iure dolosũ precatorẽ in rescripto iustitiæ 3. qa. omnia rescripta in definite continent illã conditionẽ *si preces veritate nitantur.* cap. 2. h.t. unde necesse ẽ ut hac conditione deficiente rescriptũ ipso iure deficiat quippe hæc ẽ conditionis natura argta. tex. in l. necessario 8. ff. de periculo, et commodo rei venditæ l. si quis fundũ 37. ff. de contrahenda emptione l. itẽ 4. §. 1. ff. de pactis ẽ huius sententiæ Valensis in parratitlis ad tit. de rescriptis §. 3. nu. 5. in fine. 31.

Modo obstare videtur. ...

zaris

garis diffa. que adiberē soler inter contractus bone fidei, et stricti iuris ut prioribus dolus dans causā eos ipso iure vitiet l. elegant. 7. ff. de dolo l. 3. § finali ff. pro socio l. in causa § itē ff. de minoribus posterioribus vero ope exceptionis l. si quis 26. ff. de verb. obli. l. dolo § & de inutilibus stipulationibus Donelus lib. 17. com. cap. 7. § rescripta Iusticiæ que instar contractus stricti iuris veniunt ope exceptionis sunt vitianda rescripta vero gratiosa ipso iure debent esse nulla hac diffa. comprobat Sarelus ubi sup suā sententiā sed respondet non esse idē ius in rescriptis, et in contractibus in hac re qa. aliud ē despicere principem ut in contractibus aliud vero et qui dē gravius Principē ut sup dictū ē nominū fo. si impetrā tam de perversitatis rescripta gratiæ et iustitiæ ipso iure ipso iure vitiat. indistincte

33. Non levē istē contra superius dicta parat tex. in l. 2. C. de iure fisci lib. 10. ubi si minori pretio quā res ē aperta fraude emptoris vel gratia que obligata sunt fisco venierint aditus procurator Principis debita quantitatē inferendi restituit ea predia iubet que arguunt contra bone fidei qualis est emptio subsistere etiā et si ei fraus causā dederit, nā si ipso iure esset emptio invalida hoc competeret actio pignoratitia debitori adversus creditorē fiscū in id qd. interest rē minoris venditā esse quā valebat l. 1. et 3. C. si vendito pignore sed actio rei venditionis cū adhuc dominus remaneret l. 23. ff. de rei vindicatione neque debitori incumberet reditio pretij qa. quolibet vendicat rē suā sine damno aut impensa propria, cū ipsa non vendidit neque venditioni consensū prebuit l. sciens ff. C. ad senatū consultū Velleianū l. si mancipiū 27. C. de rei vindicatione docent Socinus regula 93. Cuiatius in l. C. si vendito pignore ex quibus idē videt. dicendū in rescriptis quibus dolus causā prestitit.

34 Respondendū ē in d. l. 2.

C. de iure fisci lib. 10 venditioné valuisse qa. debitor qui ex fraude, et dolo damnũ passus fuit non vendidit neque ipse principalit. fuit inductus ad vendendũ per dolũ neque emptor aliquid cũ domino gessit et sic valida fuit emptio ut pote facta ab eo qui ius distrahendi habuit creditori enim simul ad qd. pecunia deberi cepirit si ei non soluat. potest pignus recte constitutũ iure vendere reluctante debitore etiã et sic ne distractio non fiat ex pacto ut contra Cuiatiũ ad tit. C. de distractione pignorũ l. 4. ff. de pignoraticia actione cũ alijs qd. in presenti fecit fiscus, et ideo si aliquis dolus interuenit in d. l. 2. non é de his qui solent dare causã contractui sed de his qui incidunt in contractũ qui non reddunt actũ nullũ ut docet Morla in emporio iuris tit. de pactis nu. 37. Pich. in §. 1. institutionũ de exceptionibus nu. 18. cũ sequenti l. 2. a nu. 46. 35

Minus predictis obstant tex. in cap. plerumqe. cap. si aute h. t. quibus intendit Sanchus ubi sup. suã sententiã probare, qa. illis verbis non disponit. rescripta tacita veritate vel subiecta falsitate impetrata data negligentia in primo impetratore concedentes solũ qui statuunt valere secundũ rescriptũ impetratũ ab aduersario licet non faciat mentioné primi si primus impetrans dolo vel culpabili negligentia, non fuit usus rescripto, et non apparet ibi rescriptũ fuisse dolo sed solũ non facta mentione prioris in quo euentu cũ non deuit dolus, et fraus in 2. precatore dentur tamen in primo: Hinc é qd. Pontifices constituant 2m. rescriptũ non faciens mentioné de primo preualere data negligentia culpabili aut dolo primi precatoris qa. dolus, et fraus nemini debent patrocinari d. cap. plerumqe. h. t., et sic qdo. impetrans intra anũ postqua literas impetrauit, et negligentia culpabili, et dolo eis uti fuisset posuerit valere secundi rescripti virtute concessisi d. cap. plerumqe. et qd. ut opinioné é qa. cũ primus impetrans propter do-

lũ

dolū pleetar. omissione rescripti solū super esse 2ᵘ re-
scriptū qa dolo nec fraude fuit impetratū. Unde
concludū ē doctrinā relatā [illegible] velit supp. solū
habere locū quādo secundū rescriptū esset do-
lo impetratū e ut satis ex sup. dictis constat.

36 Unde licet attento rigo-
re iuris rescriptū 2ᵘ non faciens mentionē de 1° non
valeat convalescere tamen non ex illo spatio temporis
et lapsu anni malitia seu negligentia prioris im-
petrantis sed ex auctoritate legis i. d. statuentis ob de-
lictū eius qui per annū usus non ē rescripto ca-
plerumqꝫ. capp. sicuti ē h. t. qa solus tractus temporis
non poterat dare validitatē rescripto alias invali-
do resistente l. Catoniana 1. ff. de regula Catonia-
na capp. non infirmat. de regulis iuris in 6. ita Bar-
bosa in collectaneis ad tex. in cap. q. h. t. nu. 2. in fine.

Adhuc remanet pro con-
37 traria sententia ratio desumpta ex cap. imperiis de regu-
lis iuris in 6. cū vulgatis obicitur qd. pena non incu-
rrit ipso iure nisi qdo id expresse in iure statutū con-
periatur sed haec ratio pro nostro dictamine facit, qa in
praesenti ita ponit expressa pena nullitatis [illegible]
tio illis verbis penitus careat impetratis, et nullū
comodū consequatur. quae verba important penā ipso
iure ex multis traditis [illegible] in l. si unquā
C. de revocandis donationibus [illegible] nu.
119, et licet ipse nu. 103 asserat ex sententia ali-
quorū hanc dictionē penitus non exclusa sententia
tamen affirmat [illegible] esse ex praesen-
te materia ut in cap. romana §. [illegible] de sententia ex-
communicationis in 6. iuncta expositione gloss. ad
in praesenti, et materia, et [illegible] Pontificis sicubi
dictionē penitus [illegible] latae sententiae ut satis supp. pro-
[illegible]

38 [illegible] partem concludunt.
doctores assignantes discrimen inter rescripta gratiae
et iustitiae circa doli praesumptionē, ita rescripta
iustitiae non praesumantur dolo fuisse impetrata.

ut videtur probari in presenti ibi: postquam super
hoc facta fuerit fides. facit lex in l. questionis vers.
qui dolo ff. de probationibus. rescripta vero gratio-
sa quod in dubio intelligantur per dolum impetrata
ut observant Innocentius in cap. dilecta. et Vero-
tius hic tertia lectura num. 7. Sanchez ubi sup.
num. 8. Verius est enim in utroque rescripto non
presumi dolum fuisse commissum nisi probetur ex gene-
rali regula ab omnibus admissa quod dolus non
presumatur nisi probetur. facit lex in cap. dudum
14o vers. considerantes de praebendis in 6 ubi in
dubio dolus presumeretur gratia de qua ibi in dispositione
esset irrita. nec obstat lex in cap. penultimo de
crimine falsi quia non loquitur de rescriptis subrep-
titiis sed de literarum appositione falsitate quod cri-
men falsi ne presumatur duo desiderantur, et quod
sint literae suspectae, et quod postquam pars cogno-
verit falsas esse nullatenus eis utatur. 39
Sequitur 2. species d. cap.
super literis ibi: inter alios autem qui posteriori
modo literas impetrarunt duximus distinguendum
quia falsitas suggesta fuerit vel quia veritas suppressa
quia verba referantur ad casum in quo rescripta
impetrata sunt per simplicitatem, et ignoran-
tiam, et in hac parte distinctione utens Innocen-
tius duplicem regulam tradit, et proponit his ver-
bis in talibus expressa sit falsitas vel veritas
occultata quas quamvis fuisset tacita vel expressa
nos nihilominus in forma communi literas dedissemus
cuius delegatus non sequens formam in literis ipsis
ipsis expositam secundum ordinem in causa procedat
ex his infertur quod subreptio aut obreptio non
dolosa non vitiat rescriptum, ergo in forma
communi substineat. si alias Pontifex concessurus
erat, et quod iudex delegatus secundum iuris ordinem
possit in causa procedere. illustrant Vivoius in pre-
senti; et Dottius nu. 8. Garcia de beneficiis parte
6 cap. 2 nu. 202. Valerius in paratitlis in presenti.

§. 4. nu. 9. Sanchez ubi sup. et ibi laudati nu. 61. quibus addo Leonelum de subreptione rescriptorum q. 2. articulo 2. Loterium de re beneficiaria in lib. 2. q. 54. nu. 4. post. ad tricesimum secundum vulgariter pro predicta regula adduci solent tex. in cap. 14. vers. considerantes de prebendis in 6. cap. si eo tempore h. t. in 6. cap. si pro clericis ff. de prebendis eodem lib. l. 1. C. si contra ius.

Huius principij ratio est

40 quia cum nullitas pena sit Leonelus de subreptione rescriptorum q. 14 articulo 3. cessare debet ubi delictum cessat l. sancimus C. de penis cum vulgatis deinde quia impetrare dolo, et malitia est factum omnino diversum a facto illo impetrandi simplicitate, et ignorantia ff. non debent eadem pena nullitatis puniri qui dolo, et qui simplicitate per obreptionem impetrant rescripta arg. tex. in vulgata l. si ex plagis §. in clivo ff. ad l. aquiliam quippe iniquum esset non magis favere simplicitati quam fraudi, et dolo cum has causas, et ratio, et iura, distinguant toto tit. de omicidio voluntario, et casuali l. 2. ff. si quis in ius vocatus l. 3. §. ult. ff. de suspectis tutoribus. l. 7. §. si quis ignorans ff. ad silanianum cap. penultimo de clerico excomunicato cap. penultimo de rerum permutatione cap. 2. ad fi. de translatione episcopi cum alijs que cumulant Tiraquellus de penis temperandis causa 11. Menochius de arbitrarijs casu 193. Petrus Gregorius in preparati iuris lib. 1. observationum cap. 2.

41 Que sup. tradita sunt verificantur si ignorantia iusta, et probabilis proponatur si vero culpam contineat observabitur prima regula ab Innocentio tradita que autem culpa desideretur non ~~certis~~ satis incompertum est Menochius, et alij relati casu 21. arbitrari videntur quam communiter ignorantiam culpabilem sufficere quia hec dolo comparatur cap. eos de temporibus ordinandorum in 6. cap. penultimo de clerico excomunicato cap. 3. §. 1. de

de clandestina desponsatione l. nec supina de iuris et facti ignorantia l. 8. ff. de edendo l. quesitum §. illud ff. precario ut similibus. sed probabilius est affectatam ignorantiam que culpa lata sit necessariam esse quia hec in effectu punit. sicuti dolus, et fraus l. quod nerva ff. depositi l. magna 224. ff. de verb. sig. l. 1. §. his quoque ff. de obli. traditionibus l. 5. §. doli ff. ut in possessione legatorum Donellus lib. 16 com. cap. 8. in ignorantia vero iuris que iniusta est et habet aliquid culpe admixtum contrarium dicendum puto quia a dolo distinguitur hec cap. ad falsariorum in fine de crimine falsi l. 1. §. si mensor falsum modum dixerit et ideo excusare debet a pena imposita cap. si vero 4. de sententia excomunicationis cap. 2. de sortilegiis l. 1. et §. doli, et §. si publicanus ff. de vi bonorum raptorum quod magis probant Ioannes Andreas Be ~~velaramera et~~ ~~verior~~ Verius hic 2. lectura nu. 25. accipientes ignorantiam de qua in presenti de ignorantia facti simplicitate de ignorantia iuris argo tex. in cap. pro illorum 32. vers. circa reliquos de sententia excomunicationis plura de hac re tradunt Sanchez de matrimonio lib. 9. disputatione 39. post totum Lotterius de re beneficiaria lib. 3 q. 17. nu. 267. 12

Quamvis vera sit distinctio scientie, et ignorantie quam hic tradit Innocentius aliquando excipimus nihil interesse inter ignorantem, et scientem ut in l. 1. §. causa ff. de edilitio edicto l. si minor 9. c. de transactionibus l. iure 6. ff. de actionibus empti l. edes 19. §. 1. ff. locati quibus iuribus cavetur nihil interesse quoad actus de quibus ibi an quis sciens an ignorans sit nam utroque casu ignorantia nihil excusat sed hoc speciali ratione procedit nam in d. l. 1. §. causa nulla sit differentia inter venditorem ignorantem, et scientem in actione estimatoria ob vitia corporis que habere nota poterit venditor, et hoc quia nihil interest emptoris decipiatur calliditate an ignorantia

d. l. 1. §. causa quoad actionem vero ex empto multum interest inter ignorantem, et scientem venditorem l. Iulianus 13. ff. de actionibus empti exceptis casibus de quibus in d. l. 19 §. 1 ff. locati l. tenet §. si vas ff. de actionibus empti videndus Donelus lib. 13. com., et lib. 26. cap. 19.

Superioribus primo obstat tex. in l. Divus ff. ad l. corneliam de falsis ubi ignorantia senatus consulti de quo ibi non excusat scribentem sibi legatum quominus l. Cornelia teneatur, ergo non debet ignorantia impetrantis eum excusare a pena nullitatis rescripti respondetur cum Bartolo in d. l. Divus quod ignorantia incurre falso requirit dolum, et excusat a delicto l. siquis ingravi §. si quis ignorans ff. ad sillanianum ad sed in ignorantia in qua si falso ut in l. 1. in fine ff. ad l. corneliam de falsis nam pena quasi falsi que datur contra scribentem sibi legatum cessante dolo haber locum l. penultima C. de his qui sibi adscribunt in testamento, et ideo ignorantes tenet nec obstat quod si filia iussu matris testatricis sibi adscripserit legatum ignara senatusconsulti non sit repellenda a legato l. Divus §. penultimo ff. ad l. corneliam de falsis nam illa species fuit nominatim excepta senatus consulto d. l. Divus §. penultimo sic intelligendus tex. in l. 26 §. fi. ... ff. de iure fisci item Ceciatus lib. 19. questionum papiniani in l. 7. ff. de iuris, et facti ignorantia in fine.

2° opponitur tex. in cap. si motu 23. de prebendis in 6. ubi gratia dicitur subreptitia nam precator non exprimit se habere exiguum beneficium etiam si ex ignorantia subreptio fiat ut notat glossa ibi. Pro interpretatione dicti cap. si motu statuendum est cum Menochio consilio 201. num. 27. cum sequentibus. Sanchez lib. 7. de matrimonio disputatione 21. num. 13. cum sequentibus. Gutierez lib. 2. canonicarum cap. 15. Lotterio de re beneficiaria lib. 2. q. 54. num. 19 quod in iure quedam sunt qualitates

exprimendæ, et narrandi in precibus quibus omissis vitiatur rescriptum etiam si per ignorantiam omittan-
tur. ex illis expressis concessurus esset Pontifex res-
criptum, quia harum qualitatum expressio pro forma
intrinseca rescripti desideratur. quæ omnino ser-
vanda est argumento tex. in l. non dubium C. de legibus
cum vulgatis alie sunt qualitates quæ licet in iure
non sint expresse ex stilo tamen sunt solite inseri
in precibus, et ipse pariter narrandæ sunt alias res-
criptum vitiabit. Dettius in præsenti num. 9. cap. quam gra-
vi de crimine falsi Mascardus de probationibus conclusione
1317 num. 91. ex quibus patet nobis non opponi textum in
d. cap. si motu proprio. illæ qualitates ex quibus beneficij iure
exprimendæ sunt Menochius de arbitrarijs casu 201.
num. 41. cum duobus sequentibus, et nihil interest an
illa qualitate expressa verisimiliter concessurus esset
Pontifex ita Sanchez ubi supra num. 13. hinc lucem acci-
piunt tex. in cap. postulasti h. t. cap. 21. de preben-
dis in 6.

2.º dicitur posse textum in cap. si motu proprio
et in cap. 21. de præbendis in 6. procedere ex iuris no-
vi dispositione ut patet ex verbis d. capitis si motu proprio
ibi: vires nonnullorum obtinere quæ novum ius in-
ducunt secus iure decretalium cap. postulasti 27.
h. t. cap. cum teneamur cap. dilectus 27. de præbendis
quibus iuribus si per ignorantiam non exprimitur exiguum
beneficium non vitiatur gratia unde quamvis attento
iure veteri decretalium inter scientem, et ignorantem
quoad rem propositam differentia detur hodie ex iure novo
Bonifacij octavi in cap. si motu proprio 23., et cap. 21. de
præbendis in 6. utroque casu rescriptum est inutile 4

3.º opponitur tex. in cap. gratia de
rescriptis in 6. ubi impetrans beneficium a Pontifice non
expresso alio quod sibi absenti, et ignoranti ab ordinario
collatum erat potest utrumque retinere si sint compa-
tibilia si autem incompatibilia ei electio concessa est quod pug-
nat cum d. cap. si motu proprio de præbendis in 6. respondetur cum Veroio
in præsenti num. 42. in d. cap. gratia non fuisse expressum beneficium ex ig-
norantia

quo impetrans ius inre non habebat sed ad rē, et sic re uocabilit. nō sicut collatū beneficiū absenti, et ignoranti per ordinariū quo in casu absenti non adquirit. ius in beneficio ireuocabilit. nisi secuta acceptatione cap. si tibi absenti de prebendis in 6. unde ignorantia ibi non infirmat gratiā quia solū illā vitiat quo. non fit mentio beneficij in quo impetranti ius in re adquisitū ē etiā, et si modicū ait Barbosa in colectaneis ad tex. in cap. ... h.t. cap. si motu de prebendis in 6, et nihil mirū qa. in primo casu cessat ambitio utrumq. beneficiū retinendi alias expositiones tradit Sanches ubi sup. disputatione 21. nu. 60.

Obstat 4. tex. in clementina

47 2 de officio ordinarii ubi desidit. collationē beneficij factā ab ordinario habenti aliud illud quod tacendi non esse irritā. Igit. in rescriptis ad beneficia non esto necesse facere mentionē beneficij obtenti. respondet. decisionē dictę clementinę non procedere in Pontifice nec in legato sed in ordinario qui dicit. motu proprio providere eclesijs non personis, et sic prędicta provisio non potest de subreptione impugnari quod procedit qa. ordinarius presumit. melius scire qualitates beneficiorū quā alius. Ita Sanches ubi sup. nu. 4. Garcia de beneficijs 7. parte cap. 3. idē parte 6. cap. 2. anu. 219. sed an hęc doctrina procedat non solū in gratia beneficiali sed in qualibet gratia consulendi Garcia proxime citatus et Sanches ubi sup. oppositus sententię quā tradit Sa in suma verbo gratia.

5. opponit. tex. in cap. susceptū

48 6. h.t. in 6. ubi si aliquis impetraverit rescriptū ad obtinendū beneficiū tanquā per resignationē vacans huiusmodi gratia non potest impleri in vacationē per mortē quamuis Pontifex eā facilius concederet. sicuti gratia maioris valoris non potest adimpleri in minori cap. cum 27. de prebendis in 6. huic rationi dubitandi propter Sanches ubi sup. disputatione 21. nu. 35. Menochiū de arbitrarijs. casu 202 nu. 103 Molinā lib. 2. de primogenciis cap. 4. nu. 47. respondet Lotesius de re beneficiaria lib. 2. q. 54. nu. 24. quod forma gratię dispositione concepta ad unū suppositū etiā si possint dari alia in quibus singulis gratia valeat

suportari

sustentari non erit equi bilis propter restrictionem gratie ad certum modum vacandi quod cavit quod Pontifex conferri beneficium tanquam vacans per resignationem, et non vacaret nisi per mortem aut alio modo ut in d. cap. susceptum, et huius rei ratio est quia taxativa gratie adiecta importat defectum intentionis in alijs quae facile concederentur ut ratiocinatur Lotterius proxime citatus, et nihil mirum quod illa iura dicantur exceptiones regulae generales nostri tex., et spetiales dispositiones quia modus generi datis in his spetiebus intelligitur quod in dicit spetialem dispositionem, et generalis voluntatis exceptionem l. 7. ff. de supellectili legata seius erit quod non taxationis sed demonstrationis causa rescriptum adaptaretur ad certum beneficium argumento tex. in l. 12. §. penultimo ff. de fundo instructo.

Deinde dici potest in d. cap. 6. de rescriptis in 6. illa verba resignatione recepta conditionem continere quia haec est natura ablativi absoluti l. a testatore 109 ff. de conditionibus et demonstrationibus, et ideo in forma spetifica adimpleri debet vulgata l. qui heredi ff. de conditionibus et demonstrationibus ad tex. in d. cap. 27. de prebendis in 6. responderi etiam potest ibi non tractari de subreptione gratie ut ex contextura patet sed potius de mandato non alio modo adimplendo quam quo concessum erat iuxta regulam legis diligenter ff. mandati, quae interpretatio patet ex mente Pontificis, ibi non enim huiusmodi mandata quorum fines diligenter observari oportet debent ad casus alios quam expressos extendi.

6. obici solet tex. in cap. significante cum sequenti h. t. quibus iuribus disponitur rescriptum inutile esse si impetretur facta mentione alicuius diocesis, et postea appareat ad hominem alterius diocesis pertinere, et tamen aeque in hoc casu princeps concederet rescriptum; sed dicendum est in d. cap. significante cum sequenti non vitiari rescriptum propter subreptionem sed quia sublata causa episcopatus demonstratione non constabat de certa persona rei vendedo sue debat regula tex. in l. 4. §. totiens ff. de damno infecto non sustinetur. igitur rescriptum quia incertum et vaguum nec hic verificatur regula tex. in l. demonstratio l. quibus 40. §. qui dotalem de condit. et demonst. l. patronus 35. §. libertis ff. de legatis 3. quia in d. cap. significante non apparebat certa persona.

de qua

de quo credat pontificē concessisse concise arg. tex. in l. si hic 29. § similiter ff. de legatis 1. l. legari 29. ff. de liberatione legata explicant Veroius in praesenti nu. 36. Abbas nu. 3. in fi. Petrus Gregorius in d. cap. significante.

50 Nec obstat qd. in d. cap. proponitur error circa falsā demonstrationē diocesis non circa personā cū de ipsa constet qa sublata falsa demonstratione Episcopus non constat de corpore seu persona Vincentij contra quē emanaverat rescriptū ultra falsā demonstrationē non fuit adiecta aliqua qualitas officij aut dignitatis per quā dignosceret. quisnā esset Vincentius ille quod necessariū ad hoc ut incertitudo evitaretur arg. tex. in cap. ad hec 10. h. t. l. duo sunt Titij ff. de testamentaria tutella l. 1. C. de testamentis explicat Barbosa in colectaneis in d. cap. significante in fi. non obstat tex. in cap. ad audientiā 3. h. t. ubi literę impetratę absq. mentione antecedentiū in totū vitiatur. nec ibi distinguitur inter scientē et ignorantē, qa scienter fuerunt literę impetratę tacita veritate quoniā in facto proprio. ignorantia non ē tolerabilis l. 3. in fi. ff. pro solutio Veroius in praesenti 2. lectura nu. 51. alia iura que nostrę regulę opponi solent tradit Veroius hic omnino videndus qa. temporis angustijs amplius non licet.

51 Remanet pro elucidatione relatę regulę explanare verba Innocentij ibi: nos nihilominus in forma comuni literas dedicemus ate hijs verbis ut iā supra comodatus cavetur qd. obreptio aut subreptio non dolosa non vitiat rescriptū, et qd. in fra comuni sustinetur. si aliās pontifex concessurus erat per formā comunē in praesenti intelligitur. iuris ordo quo servato debet delegatus procedere ut statuit Innocentius hic: sed obstare videtur qd. delegatus semper tenetur servare formā in rescripto datā cap. cū dilecta 22. h. t. cap. ad audientiā 17. de decimis cap. P. et G. de officio et potestate iudicis delegati cap. prudentiā 29. eodē tit. ipsis. vel rescriptū quoad omnia non valet vel non potest fieri transitus de forma specifica iuxta quā concessū ē rescriptū ad formā iuris comunis.

52 Respondetur predicta iura verificari si forma in rescripto data aliter sustineatur non e

contra

contra ac hic, et licet varie rescriptũ quando hoc ut delega rus procedat secundũ iuris comunis ordinẽ non tamen valet secundũ spetialẽ formã in rescripto datã arg. tex. in cap. super eo de offitio, et potestate iudicis delegati ubi Baldus notabili ul. l. 4. §. condemnare. ff. de re iudicata cui exemplũ tradit Sanchus lib. 8. de matrimonio disputatione 12. nu. 16. forma comunis in rescripto gratie illa ẽ quae fit secundũ ius ordinariũ, et dicitur de iustitia quae casu contingit quod libere alicui providet. de beneficio vacante secundũ iuris comunis regulas cap. episcopus cap. non liceat de praebendis quae provisio etiã fieri dicitur in forma pauperũ vel secundũ Apostolicũ cap. postulasti, et ibi Abbas h. t. cap. cũ secundũ de praebendis et contrario in forma specifica gratie explicat Verosius in praesentatione 51. Leonelus de subreptione rescriptorũ q. 17 articulo et ibi Cebaudus.

Unde forma rescripti ẽ diligenter observanda quoties in rescripto nulla fuit subreptio at vero quod subreptio extitit in dubitata illius formae spetialis quasi ex coniectura mente concedentis non ẽ observanda forma illa, et hac ratione intelligitur Innocentius in praesenti ibi: nos nihilominus informa comuni quae verba verificantur quod Pontifex alias narrata veritate rescriptũ informa comuni concessisset, et tunc iudex terminos comissionis non excedit, servata forma iuris comunis, et omissa forma spetiali rescripti in qua subreptionis vitiũ deprehendit, et hac luce veniunt limitanda iura superius allegata, et tex. in cap. rodulfus, et cap. significante h. t. 53

Adhuc superioribus quibus causa distinctio inter scientẽ, et ignorantẽ precatorẽ obstat sequens consideratio, nã de creditu in alienatione rerũ minorũ per mendatiũ interpositũ nullũ ẽ indistincte l. magis puto 5. §. penultimo l. quamquã 9. ff. de rebus eorũ. Igitur idẽ iuris debet in rescriptis haberi non observata distinctione doli, fraudis, simplicitatis, aut ignorantiae. Augetur difficultas nã omnis conditio de praesenti adiecta si falsa ẽ in totũ vitiat concessionẽ l. si quis fundũ 37. ff. de contrahenda emptione l. itẽ qa. 4. § 1. ff. de pactis l. cũ ad praesens 37. ff. si certũ petatur l. cũ in secundo 16 ff. de in iusto rupto. sed 54

inres

in rescriptis intelligit. huiusmodi conditio si propterea veritate vitiare. cap. 2. tit. cu. pss. relatis. §. si falsa causa e. adiecta rescripto debet in totum vitiare rescriptum sine distinctione doli, fraudis, simplicitatis, et ignorantiae.

Pro hac sententia est l. 2 § igitur vers. in 3. vero C. de veteri iure enucleando aliis l. unica § igitur vers. in 3. vero de confirmatione digestorum ad senatum, et omnes populos item ex confirmatione digestorum ad magnum senatum § item ea 4, et ex proemio digestorum de ratione, et metodo iuris docendi ad antecessores § in 2. 3. et § cui sequenti in quibus dicitur quod haec 3.a pars pandectarum vocatur, et appellatur de rebus, et similiter affirmatur in eius de partibus 8. libris agitur de rebus quod quidem necesse est dicamus respexisse ad haec prima rubri verba: de rebus creditis; ut verba haec non solum ad presentis tituli nigrum, sed etiam ad alios tertiae partis titulos refert, et hoc non tantum nomine sed etiam re procurat ex dictis iuribus infert, ne dicens Cuiatius a primis verbis appellatam fuisse de rebus istam congregationem (iuxta dicendam ad secundam partem nos pertractatus in rubrica quamvis de rebus creditis in totum ea nominatur) neget haec verba referri ad omnes 8. libros Arsiam intentionem monstrarent satis compositis in tit. C. de rebus creditis. Quam certo tertius est pertinere ad tit. de iure iurando et ceteros subsequentes. Item quod invenitur de sumentes ex Ulpiano l. 1. tit. quasi intelligi velint se etiam premisisse rubricam generalem ad tertiam istam partem pandectarum, quemadmodum fecisse pretorem in ea parte edicti cum Ulpiano monstraret. 19

Ferire tamen tentant propter Cuiatio non contemnendum iacula. Primum quod nullo alio tum digestorum partium tit. generaliter rubricato, nullo etiam

colore

colore ponit 3a. hec congregatio generalē inscriptionē sibi
vindicari. 2o qa. plures sunt tituli in hac 3a. parte cū qui
bus nihil comune videntr. habere res credite. ut sunt tituli de
condictione indebiti, de condictione furtiva, et alij; nascun
tur enim actiones iste ex bono, et equo et non ex contrac
tu, et ex credito ac per consequens ad res creditas nequeunt
pertinere iuxta legē 1. ht. que bella expendi potest pro
ceratio cū enim compositores explicent rubricā ibi de
rebus creditis. ex Ulpiano in hac l. 1. ubi ad contractus tan
tū res creditas pertinere dicunt: incongruū esse videtr. ut
ad non contractus referantr., id namqe. intelligunt in ru
brica pro rebus creditis, qd. cū Ulpiano explicant in l. 1.
Minus tamen feriant quam
20 ipse putat, quoniā in nostro iure notandū ē non solū
duri titulos ut cumqe. generaliter inscriptos ut sunt ff. de
tutelis de bonorū possessionibus. De servitutibus cū conges
tis a Donelo prima parte istius rubrice nu. 1. et 4. sed
etiā duri titulos aliquos generaliter ad certā iuris partē re
latos. ut ff. de iudicijs, et C. de rebus creditis iuxta dictā
l. 2. § ipit. vers. secundus C. de veteri iure enuclean
do. quo etiā modo intelliges rubricā ff. de receptis.
et qui arbitriū receperint cuius quidē prima pars ibi:
de receptis, generalis ē ad illā, et sequentē titulū, pro
ut ut cite animadvertit Antonius Fab. ubi sup.
Qd. autē similē generalē
21 inscriptionē cetere pandectarū partes non habeant vix
ē ut propole dubitationē sufficiat constat namqe. compo
sitores omnia que de rebus creditis nominantr. in hanc
3. partē digestorū contulisse unde non mirū si generaliter
inscribatr. de rebus creditis, sicuti, et 2a. digestorū pars ap
pellatr., et inscribitr. generaliter de iudicijs, qa. de iudicijs
in eiusdē reppertē libris agitr. ut diximus. At cetere pandec
tarū sectiones non ita poterant consignare ut ipsarū ali
qua tot adunā, et eandē tractationē pertineat sin
gularibus nāqe. libris, et rebus nullo inter se eiusdē
materie, sed quo ad varias compositi sunt, ideoqe. nul
lā etiā generalē inscriptionē potuerunt accipere, ne
sub una, et eadē designarentr. appellatione que pror

sus

ius dimissio, et nulla rei veritate servata a compositoribus
tractabantur. apparet ex eadem l. 2. §. quamvis autem cum
sequentibus C. de veteri iure enucleando. 22

Deinde falsum esse videtur quod res credita nihil habeat commune cum praesentis titulis, quamvis enim iuxta proprietatem verbi referantur ad contractus, tamen loquendi etiam refertur ad ea omnia, ex quibus aliquis competit ex actio. Ut supra diximus, et hoc habet commune rubrica de rebus creditis cum supra citatis titulis quorum unusquisque de propria actione tractat neque obstat d. l. 1. prout supra expendebamus, quoniam in ea non solum explicat Ulpianus proprietatem verbi sed etiam tanquam pro effectum rei creditae, qui iuxta mentem, et consuetudinem loquendi ad quascumque pertinet ex actiones. Constat quod id quod in rubrica continetur, et ab Ulpiano in l. 1. explicatur referri posse ad tertiam illam pandectarum congregationem, quamvis non per omnia, et inde quod solum infertur compositores in hac parte non per omnia fuisse imitatos praetorem in eo loco edicti. quod non negamus.

Ex quibus etiam apparet recte 23
inscribi nostram rubricam de rebus creditis, et non de rebus debitis. Quia praetor in hac edicti parte non debitoribus, sed creditoribus causam dum policetur dari actionem de rebus creditis, de quibus principaliter agitur in praesenti, et sequentibus titulis. Ita Donellus in rubrica C. de rebus creditis 14. Federicus Schotus in praesenti nu. 64. ubi de communi testatur. adnotat quod Donellus praetorem in edicti inscriptione dixisse de rebus creditis, et non de contractibus, quia titulum proposuit instituto suo convenientem. Porro edictum proposuit non de contractibus, id est, non ad statuendum quomodo celebrarentur contractus; sed, ad dandam actionem ex rebus iam antea contractis de his quae ex contractibus credita debentur. Quomodo intelligenda est lex 1. tit. ubi dicitur quod praetor plura ad varios contractus pertinentia iura in servit; idest, plures actiones quae iura sunt, et appellantur. Unde, et compositores idem in hac 3. parte digestorum fecere quamvis enim explicationes iure consultorum adiciant quibus docu

ment

docerem quo modo contractus perficiant; ea tamen in tentione hoc faciant ut predicto pretoris instituto in serviant, et constet clarius quibus in casibus actiones competant, quo etiā fine, et a iure consultis fuerant adiecte. Bene f. inscribunt de rebus creditis a priori pialiori pretoris, et iure consultorū intentione, quos imitari volunt quoad hec; licet procul ab edicti illa parte universā tertiā congregatione rubricā refe rant. Quibus sic constitutis illud in modū conveniat a loco Trina pandectarū edictio sic habeat: digesto rū seu pandectorū pars tertia de rebus creditis lib. 12. et postea titulos[+] si certū petatur. ut testa tur supra laudatus Schones nu. 130. Caput 2. ubi ex plicatur lex 1. h. t. +infra

Caput secundū ubi expli catur lex 1. hoc titulo.

2 Perlustrant satis hanc legē 1. huc usque analytica tradi ta; bene tamen erit eā paraphrastica interpretatione percurrere. Ere ē, inquid Ulpianus, prius quam ultra. Tri florentina plicē habet lectionē. Prima ē ere pisana florentinā ve editionē. idē ad edicti in terpretationē maxime pertinet, ex præposito f. e ut inl. itē 18. §. ex re de constituta pecunia l. 1. §. 1. de successorio edicto l. 1. si his qui testamento liber esse. Argo. a contrario ex l. si convenerint 16. ibi: non ab re erit ff. de re iudicata. Brisonius de verb. sign. verbo ere: Antonius Augustinus lib. 3. emendatio nū cap. 3. — Secunda lectura quæ vulgo cir cūfertur sic habet: bene ē, eandē q. cū prima habet significatione, idē, conveniens, et ad propositū e l. A Divo Pio 15. §. in Venditione de re iudicata l. Tutor 13. §. de administratione tutorū. Harū quamlibet re tineri posse incompertē ē; Florentina tamen melior vi detur Antonio Fabro in presenti — 3. tandē litera hec ē here ē addita aspiratione, idē, edile, et dominabi le quia ad dominū doctore pertinens ē sic Dominus Acursius, quē licet sequatur Bartolus, ceteri se pro bant.

bant interpretes, solet quod pluribus posset esse pueris
qui suum grammaticae praeceptorem vulgo, et nomine voca-
bant.

Edictum praetorum olim ante primo 2
institutionem de perpetuis, et temporalibus actionibus
post modum vero ad unum edictum perpetuum iussu Adri-
ani Imperatoris, et opera Salvii Iuliani Iureecon-
sulti Carissimi in ordinem redacta l. 2. §. sicut vol. de
veteri iure enucleando l. si quis servum 10. C. de condic-
tione indebiti. Suos habebat titulos, et rubricas l. 2.
de statu hominum, brevis quod a praetoribus ut parebat
proposita, et conceptum explicationem desiderarunt
Iure Consultorum ut constat in nostro iure ex pluribus
eorundem scriptis ad edictum. Huic igitur muneri edi-
tus Ulpianus, et eadem parte edicti cuius titulus vel ru-
brica erat de rebus creditis interpretaturus, ex re, in-
quit, est priusquam ad verborum, edicti scilicet, inter-
pretationem perveniamus, pauca de significatione ip-
sius tituli referre. Pauca inquid, quod non supervа-
cuis, et multis praefationibus sed his quae ad solidam
materiae intelligentiam pertinerent, bonus interpres uti-
tur ut docet Gaius in l. 1. de origine iuris constitu-
tione unica §. quibus C. de novo C. faciendo. 3

Petit Ulpianus, et ait: quo-
niam igitur multa ad contractus varios pertinentia
a iura sub hoc titulo Praetor inseruit, ideo rerum cre-
ditarum titulum praemisit. Iura inquit id est, actiones,
non consistunt circa contractum celebritatem, aliis an-
narrans non de rebus creditis, sed de contractibus ti-
tulos inscriberet. ut sup. diximus cap. 1. num. ul. omnes
enim (prosequitur Ulpianus) contractus quos alienam
fidem secuti instituimus complectitur. Verbo omnes potest
accipi expositive, et declarative ut in l. omnes populi
§. ubi Bartolus num. de iustitia, et iure quomodo ac-
ceptum in praesenti, est verum dicere, quod credere refertur
ad omnes contractus in genere, non vero in individuo
v.g. ad emptionem; non tamen ad omnes species quod
emptiones. Potest etiam accipi relative illud res credi-

tive

respectiue ut in l. ea adiectio de legatis 3. cap. de cete
ro in fine de clericis non residentibus. Quo multitudi
ne in edicto complectit. omnes contractus in individuo
ad eos tantum modo quos alienam fidē secuti insti
tuimus prout putat Connanus lib. 7. com. cap. 1. nu. 2.
constat enim in permutatione vel emptione actae re
vel pecuniae pro re accepta nihil alterius fidei credi
tū esse, praesertim si tales edictione eos igit. contra
ctus complexa ē edicti rubrica, in quibus alienā fidei
nos complexa ē edicti rubrica, in quibus aliena fidei
aliquid committit; vel eos qui non sunt ad impleti,
cū eos solū comprehendat, ex quibus praetor poli
cet. actionē dare! Unde necesse ē aliquid deficiat,
qd. per actionē faciat ad impleri.
Deinde Ulpianus ibi

4 nō ut lib. 1. ist. rationē comprehensionis praestare
cū Celso ex credendi generalitate deducit; quae
satis probata, et illustrata manet sup. cap. 1. Adeo
& generalis credendi significatio ut verborū accep
tione seu stipulatione contrahat. res credita l. 2 §. ul.
tit. l. ea quae 97. de donationibus. inter. qd. nec negat.
in l. 3. de legationibus. quo loci verbū, ubi, non refert.
ad verbū stipulatus, neque ad locū ubi stipulando
quis etiā credit, sed ad verbū, dari, scilicet extra
locū ubi est stipulat., et credit. Neque tractatio de
verb. obligationibus non in hac 3. parte digestorū sed
in 7. remorat. quoniā cū stipulatio inventa fuerit
firmandorū aliarū obligationē causa l. quid quid
99. de verb. obli. princ. institutionū eodē tit. Paul.
lus lib. 5. sententiarū tit. 7. §. 1. ubi Cuiatius. Donel
lib. 14. com. cap. 36. et ibi Osualdus duplici litera B.
ad firmandas potius res creditas quā ad hoc ut ex
credant. pertinet; licet saepe ex illa res credita fiat.
Idcirco segregatā habet sedē a rebus creditis, non
qr. ex stipulatione creditū non contrahat., sed ip.
propter rationē iā dictā non tā ex fide, et credul
tate stipulationē metiunt. iura, quā ex verbis cū
dicti iuris sit plene quibūd solemnitatibus, ideo
merito tractant compositores separatim a rebus cre

ditis

creditis, quae ex contractibus consensu, aut re perfectis oriuntur.

Deinde post modum infert 5
Ulpianus: ideo sub hoc titulo praetor, et de commodato, et de pignore edixit. Quasi tacite inuolueat quod licet aliqua esset ratio dubitandi ad hoc ut praetor in hac edicti parte, ediceret de pignore, et de commodato, et tamen non obstante recte edixisse videatur, ratio autem dubitandi esse poterat quia videlicet res pignorata vel commodata semper propria domini manet pignorantis vel commodantis adeo quod ita sicuti proprie non est sibi debita ita neque proprie credita potest esse l. scribi § 4. de auro, et argento legato Bonfides in l. quintus Mutius[27] de argento eodem tit. §. sic itaque disceretis ubi omnes institutionem de actionibus per certam cum debitum, et creditum sint inter se correlativa, ideo quod videtur non bene edixisse praetorem commodato vel pignore ubi de rebus proprie creditis agebatur, maxime in ea edicti parte, in qua condictionem polliceba- dare, quae non competit pro rebus proprijs d. § sic ita quod disceretis. 6

Recte tamen hac ratione non obstante edixisse Ulpianus noster probat, quia videlicet generalis est credendi appellatio ut rationabiliter argumentatur in vers. ubi ibi: nam quicunque rei asentiamur alienam fidem secuti, mox recepturi aliquid ex hoc contractu credere dicimur. Ad quem rem tamen commodans (sic tacitus argumentatur Ulpianus) vel pignori dans alterius fidem sequitur, et credit rem sibi restituendam, unde, et sperat mox finito usu vel debito soluto aliquid ressipiens recipere. Ergo in commodato, et pignore res credita, et credere recte dicitur ac proinde bene inter res creditas de eis edicit. Nam quocunque rei ait, quasi dicat: non enim requiritur ad hoc ut credere dicamur quod res nobis debitae maneremus penes dominos alienam fidem secutos, sed sufficit cuiuscunque rei adsentiri. 7

Neque enim ex quo res co

modum

comodantis proprie semper maneat non potest esse incre-
dito ratione possessionis, et detentationis. Sicuti namque
ratione dominij, quod ita habet dominus, non libere ne-
que in credito est proprie loquendo quotiens sibi proprie
vindicat, adeoque ita condici hoc respectu potest d. § sic neque
itaque dixerimus cum similibus sic intelligendis. ita ratione
possessionis, et detentationis quam receptores credit in contra-
hendo res credita, et debita proprie dicitur, et condici potest
l. nemo 82. de verb. obliga. l. indebiti 15. § 1. de condictio-
ne indebiti l. 4. § res pignori ubi Antonius Fab. in ra-
tionali lit. quod et manifestat Schotus actioni como-
dati pignoratitiae, et depositi, quae non intendunt
ratione domini, sed ratione possessionis, et detentatio-
nis l. comodati 15. comodati l. sive 9. § his quoque de
pignoraticia actione l. bona fides 31. § 1. depositi. Nec
tantum agit actione personali intendens sibi dare opor-
tere, idem in se dominium transferri; verum etiam, et his
qui intendit alterum facere oportere, ut est rem restitue-
re, simodo precedat contractus aliquis ex quo obliga-
tio nascatur. Quo modo accipiendus est dictus § sic
itaque dixerimus. Unde merito notat Cuiacius in para-
titlis ad hunc tit. in fine praetorem (edixisse de comodato,
et de pignore, idem sentit de deposito) ad hunc casum
quo inficiatur qui accepit d. § res pignori iuncta l.
si quis 13. § 1. depositi.

Tandem ~~mox~~ inquit receptori

8 de receptione ita diximus sup. cap. 1. restat solum et dictio-
ne mox, et planemus cuius quidem varia est acceptio
procut tradunt glosa in cap. quia propter de electione Ia-
son in praesentia num. 43. ubi Salicetus, et alij. Placuit
magis in praesenti sententia non statim, sed postea
accipiendum ut in l. si ad rogator ~~[illegible]~~ de adoptio-
nibus. l. de etate de interrogatorijs actionibus Mola in
emporio 7. 7. num. 1., et ab eo relati. Augustinus Bar-
bosa alios referens in dictione mox. num. 3. Ex quidem
maxima cum ratione in sola proprietate credendi
speties, hunc credere ~~dixit~~ aliud quam fidem alterius + nihil sit
sequi, quod tantum per se fert contractum, et certam re-

ceptionem

receptionē, ut explicauimus sup. cap. 1. At si circumstantiā
propter quā ut puto, Vlpianus hanc dictionē adiecit
queras, inuenies ideo eā adiecisse quia interpretabatur
partē edicti in qua prętor pollicebatur actionē dare, sane
actionē non accomodabat pretor nisi ei qui statim
erat recepturus idcirco mox pro statim dixit, et non
pro postea simpliciter dū credere explicat ad casū edic
ti ipsius quoad interpretationē; simili ratione in presenti
discrepat Vlpianus a se ipso in l. 10, et 12. de verb. sign.
ubi iuxta usū loquendi, non ex contractu sed ex alijs cau
sis creditores definit hic vero ex contractu credere pro
prie meruit, quia videlicet ibi de creditoribus simpli
citer agebat ratione effectus, quē ex qualibet ex actio
ne quacunque causa orta idē esse iudicat; in presen
ti vero cū titulū edicti relatiuē ad contractus expli
cet, proprietatē seruat. 9

Apparet hinc Vlpianū nostrū
non posse notari repetitionis seu battologię vitio in
verbis ul. istius legis primę: Hic enim non determinat ter
minos quid sit credere, quod iā antea diffinierat, sed
rationē proximē sui edicti reddit, et simul clarius
quid sit credere manifestat iuxta verbi proprieta
tē duo precipue exigens, et fidē scilicet, et receptio
nē prout sup. cap. 1. illustrauimus. 10

Ex quibus verisimiliter tanquā
ex cap. vitina iuris prata infertur 1. eos tantū modo
esse proprie creditores qui fidē alterius secuti, pos
tea aliquid sunt recepturi. Unde is qui natu
raliter tantū debet: neque usu loquendi neque
verbi proprietate creditor esse potest, quia cū obli
gatio naturalis proprie non sit obligatio neque
ex actione veniat: ex inde fit istū d non esse proprie
et certe recepturū ac proinde nec creditorē l. 1. h. t. ibi:
recepturi l. 1. §. in 3d. ad legē falcidiā l. quamuis
40. ad trebellianū l. his qui 42. §. 1. de obligatio
nibus, et actionibus. tex. in l. bona fide iusoris 6. §. na
turalis de fide iussoris l. in his 5. §. imperator de solutio
nibus l. creditores 10. ibi quod soluturus debeat. non iure

loco

loco creditorũ l. creditor 55. de verb. sig. l. debitor 108. de regulis iuris & ibi omniũ comune placitũ.

11 Non inficior creditorem esse naturaliter, eos scilicet modo quo recepturus est ex quo creditores metimeur quo etiã respectu iura tribuunt obligationi naturali veluti compensatio l. etiã 6. l. sicut 7. iuncta l. 1. de conventionibus. Itẽ, et constitutũ, a. d. q. sufficit naturale debitũ l. 1. §. ul. de constituta pecunia. Idẽ iuris ẽ in fide iussorij que naturalis accedit obligationẽ l. 5. § ul. cũ l. sequenti d. l. 1 ff. § 4 de fideiussoribus. quẽadmodũ et in soluti retentione l. sed si pater 9. §. penultimo, et ul. cũ l. sequenti l. naturaliter 13. Iu Lianus 60 de condictione indebiti l. si heredi 47. ad trebelianũ. Per hoc tamen non probatur nisi debitũ vel creditũ aut creditor naturaliter, et abusive iuxta iuris gentiũ equitatẽ, ex qua omnia hec constat emanasse; idcirco nec debitũ nec creditũ aut creditor proprie dicitur, qr hoc non ex equitate, sed ex necessitate provenit solvendi, et recipiendi que nulla ẽ in nostra iure ex naturali obligatione.

12 ~~§. hujus natura~~ . . . . Nec te turbet cũ amplius § 4. § huius natura de regulis iuris. Nã ibi verbũ oportet, vel non denotat necessitatẽ vel sine necessitatẽ, denotat non refertur ad ius civile sed ad ius gentiũ ut ex eo dẽ textu apparet. Nec improbabiliter dicitur adhuc iure gentiũ necessitatẽ non importare qd. sicuti ẽ, aliqui asserunt non omnes videlicet iuris gentiũ obligationes actiones illo eodẽ cognitũ tribuere. ut tractatur in l. iuris gentiũ 7. in principio de pactis: et nos sicuti summus in tractatu de pactis. Unde eadẽ probabilitatis ratione adhuc iure gentiũ solo inspecto absque interventu iuris civilis non erunt proprie creditores omnes hij quibus naturaliter debetur. Quid quid tamen de hoc sit constat paulũ in d. §. 1. quavis admittamus necessitatẽ verbo oportet denotare referendũ esse ad ius gentiũ quo iure sed a absolutã, et verã necessitatẽ habet obligatio naturalis

iis hominum animis naturaliter inscriptae utrum valeres (ocet Oberldeus ad Donellum lib. 12. com. cap. 2. in notis, sub litera D.) non vero ad ius civile verissimum nam et obligationes naturales iure civili non ex eo solo stimari, si actio aliqua earum nomine competat, ipso videlicet eo iure approbatae (quo casu etiam non loquitur) sed etiam ex eo si soluta pecunia repeti non possit l. naturales 10. de obligationibus, et actionibus d. l. 16. §. 4. de fide iussoribus, praetibus adde Oberl. dicto d. cap. 2. in notis, litera C. Antonium Fabrum in rationali ad legem tertiam §. sed ad finem de constituta pecunia. 13

Sciendum tamen est, nos in praesenti non loqui de obligatione naturali, quae talis dicitur, quia ex facto numerationis vel alio naturaliter sine civili figura oritur, quomodo obligatio ex mutuo orta separatur ab obligatione verborum in l. sicut ff. stipulationes 126. § superest vers. plane de verb. obli. prout ibidem interpretatur Gothofredus, Donellus, et alii, Oberldeus cum Gifanio d. cap. 2. litera C. Petrus Faber in l. 56. ad finem de regulis iuris. Quemadmodum naturaliter accipitur in l. penultima de solutionibus. Haec enim obligatio non secernitur a civili obligatione quantum ad vinculum, sed quoad modum obligationis contrahendae, proinde verum creditorem constituit. De naturali ergo sermo est, quae solo vinculo naturali vallatur, nullo iuris civilis fulcitur robore, quae creditorem facere non potest, ut diximus. 14

Ex hoc facile pendet, quod licet procurator omnium bonorum seu cum libera (quod idem est secundum aliquos) habeat facultatem solvendi creditoribus sui principalis l. sed id quod de procuratoribus l. quolibet de solutionibus. Per hoc tamen non potest solvere creditoribus naturalibus argumento legis et obligatione ff. de pignoribus. legis qui peculii ff. de peculio. non enim credit dominum talem voluisse dare facultatem solvendi quod proprie non debetur ei, qui nec creditor proprie dici

possit

potest Brisonius lib. 1. de solutionibus pagina mihi
267. Oeualdus ad Donelu lib. 16. com. cap. 10. in nota
lij litera C. quibus adde fere in terminis l. si his 64.
§. flavius ad fine de solutionibus. Qua doctrina
cu Bartholo in l. legavi de liberatione legata ex-
tendit ad testamentariu executores Brisonius sup.
ubi testatur hanc Bartoli sententia frequentasse ad-
uer. ss Baldu in l. id q.d. C. de Episcopis, et clericis ea
tamen et non admittere quoties executori e in iure
ta animae, et conscientiae ex operatio cu Carpio de
executoribus comissarijs testamentarijs lib. 3. cap. 8.
nec q. ubi plures adducit recte tamen non ibide
Brisonius non repugnari huic illationi lege quibus
40. §. dominius de conditionibus, et demonstratio-
nibus quo loci valet legatu in naturali debito qd
nullu poterit esse debitu civile quotiens testator de
naturali debito cogitasse putatur nec alegato ideo
lutione valet argumentu ubi illud tantu sit volun-
tatis hic vero necessitatis tan.

15 Minus tamen consequen-
ter videtur affirmari in l. quotiens q. §. et generalit.
de administratione tutoru Tutori teneri sibi solvere
q.d. cu illo naturalit debet. q.d. et Bartholus ibi de
et in l. in auctoritate §. debitori eode titulo tenet summo
do debitu naturale sit ex administratione contractu,
et non repugnans notat Gotofredus ibide licet men
do sit legato. q.d. et confirmari videtur ex l. atquin na-
tura 10. ueu l. fig solenti ex l. 6. §. ul. de negotijs gestis.
Ego tamen non video cur tam male agendu sit
cu tutoribus, a quibus nec pupilli ipsi maiores simul
q. diligentissimi patres familias facti debitu illud
exigere possent. Sane cu sola idonei patris fami-
lias diligentia in tutoribus sufficiat l. 33. de admi-
nistratione tutoru. Qua i. de, et in solutione etiam
requirit IC. post dictu §. et generalit. ueu sequenti-
bus in l. 10 illo eode tit. non obligabuntur tutores id ex-
igere ~~admittat~~ q.d. nemo, et diligentissimus exi-
gere potuisset, nec enim officiu suu debet esse tam

nobis

nostrũ. Deinde si ex administratione contrahunt tutores
obligationẽ naturalẽ, vel administrabunt bona fide vel
mala? si bona fide, iure cogentur solvere ex sola fide
aut [illegible] obligationis. Cui ius civile talẽ necessi-
tatẽ non dedit vel ob bonũ publicũ ademit? nemo enim
contra leges facit qui obligationẽ administrat iuxta leges
ipsius obligationis. Qd. si mala fide administraverint non
tantũ naturalit. sed etiã civilit. erunt obligati ac-
tione tutelæ. Nullus ergo poterit dari casus, in quo ex vi
naturalis obligationis teneatur tutor sibi dissolvere. 16
In quam sententiam tre compe-
tor dictũ §. et generalit. non esse referendũ ad obligatio-
nẽ naturalẽ ex quo iuxta bonã fidẽ sine actione ex actio-
nẽ supponat, sed ad illud iuris principiũ quo docemur
neminẽ contra se agere posse, qd non minus impossibile
ẽ quã sine actione cũ alio agere l. 16. de furtis. Et inter-
pretantur dictũ §. et generalit. Antonius fab. in iuris pru-
dentia tit. 12. prin. 6. illatione 10., et in rationalibus ad
dictã l. 6. §. ult. de negotijs gestis ~~minus contra se agere~~
~~poterit~~ legẽ sed in tutorio g. §. 2. de peculio. Cuiatius lib. 2.
digestorũ Iuliani in d. §. ult. et lib. 9. Pauli ad edictũ in l.
7. de negotijs gestis. Gestor cũ mandatũ non habens nec
[illegible] habeat actionẽ adversus alios l. 9. §. penultimo de
prescriptis verbis l. solvendo 39. de negotijs gestis minus
contra se agere poterit, quẽ admodũ, et tutor, qui nec
contra contutorẽ agere valet l. 12. de administratione
tutorũ idcirco in d. §. et generalit., et d. §. ult. dicantur plus
res adversũ se præstare debere quã adversus alios, non
[illegible] debitũ naturale qd [illegible] nequeunt a se ipsis
exigere vel non. Loquatur autẽ tutor, et gestor de
bitũ civile sibi ipsi solvere qr. cũ teneantur ex bona
fide administrare, debent bonã fidẽ agnoscere loco
actionis quæ in cunctis ẽ contra [illegible] Theophilo
ratiocinatur. Antonius fab. in d. §. ult. ad dictã l. 19. de nego-
tijs gestis facile respondetur ex infra statim dicendis.
Eadẽ obligationis naturalis 17
insufficientia hi qui servus debet ex gestis in servi-
tute proprie non ẽ creditor etiã post servi libertatẽ
servus

servus namq. ex gestis in servitute nequid post ma
numissione conveniri q. naturalit. et non civili
ter e obligatus l. cum 17. in prin. de quirstiliter 4 §.
1. de negotijs gestis l. Aurelius 28. §. Stico de libera
tione legata l. servi 14. de obligationibus, et actio
nibus ubi ratio inter illa quae deducit. et l. qui
res 9. § arearum de solutionibus consona 10. l. si apud
21. §. 1. depositi l. sicuere 37. vers. sed an de fidei comi
ssarijs libertatibus l. id quod 146. de regulis iuris
l. si cognati 21. C. de negotijs gestis l. 4. C. de testamenta
ria manumissione l. 1. de toto fere titulo C. an servus
pro suo facto ubi Duarenus Cuiatius Donellus hic
12. com. cap. 22. et ibi Olualdus litera B. Antonius
Faber in rationali ad dictam l. 17. Connanus lib. 2.
com. cap. 3. nu. 6. pluribus adductis Pichardus
in §. §. et 6. nu. 3. institutione de noxalibus actionibus.
Valensin illustrium 2 tractatu 4. cap. 1. nu. 8. viden
dus etiam illustrium primum tractatu 2. cap. 10. nu. 11.

18 Quae regula adeo vera
et generalis ut nunquam procedat ex negotijs ante
vel gesto in servitute actio aliqua competat. iuris
etiam aliqui casus in quibus liber factus convenit
et hoc tamen e propter actum aliquem gestum factum
et post manumissionem non precise ex gestu servi
tutis tempore, unde lucet bona interpretatio ad
dictam l. cum 17. vers. plane de negotijs gestis d. l. si
cognati ~~in servitute~~ 21. C. eadem in quibus ideo te
netur manumissus ex gestis in servitute quia nego
tium perficit liber id caeperat tempore servitutis
id quidem procedit connexitatis ratione causus qui
de virtute prior pars gestis tradit ad perfectionem
tempore libertatis peracti, quoniam sine posterio
ri prior expediri non poterat argo l. si tutor 13. de
tutele, et rationibus distrahendis l. 3 §. penultimo
de contraria tutele actione l. 5. § si tutor. de adminis
tratione tutorum l. 11. C. arbitrium tutele quasi tempore
libertatis repetitur vel renovatur sic prior gestio Ar
guments tol. iuris gentium 7. § adeo de pactis ut Do
nellus in d. l. 1. C. an servus pro suo facto Antonius hic.

intra

in rationali ad Dictã l. 17. Quibus suffragat. ex proposi
tex. in l. tutorẽ 37. §. 1. de administratione tutorũ Ceru
bius lib. Pauli ad edictũ in l. proculus 19. de nego
tijs gestis. 19

Acriter tamen contra omnia su
pra dicta insurges ex difficili textu in l. ãdit. natu
ra 19 iuncta l. præsenti de negotijs gestis quo loci Pau
lus afirmat manumissũ per se curantẽ in gestione
teneri sibi ipsi soluere qd naturalit. tantummo
do sui domino debuit ex complo veri debitoris
in uex spetie Paulus ex naturali obligatione ne
cessitatẽ infert solutionis, et simul probat ex natu
rali obligatione verũ debitorẽ constitui unde, et
proprie creditor constituendus erit. 20

Tanta ẽ difficultas d. le
gis 19 Iacobo Cujatio ut cogat. asserere Paulũ ibi
notasse sententiã proculi Pegasi, et Labei quã in l.
præcedenti tantummodo retulisse afirmat, non ta
men eã probasse, imo ab illa recessisse in d. l. 19 ver
si ibi: ad qui natura debitor fuit qr. argumentir. con
tra proculianos ex inefficatia naturalis obligationis
iuxta hunc virs. dicta in hac illatione. Verũ enim ve
rõ doctissimus vir se aucit. hic dicit compositoribus des
ceritatẽ vitiũ in legibus ferendis ab omnibus dã
natũ, nimis enim obscure exprimit. notasse illa, et in
super non satis claire de sitio percipit. Deinde
aparet in d. l. 19 Paulũ non notasse proculũ, et alios qua
si perperã sententis in casu legis præcedentis. Sed notasse
notasse quasi minus dicerent, vel plus requirerent si
enim sententiã notasset non dixisset: etiã si in peculio
nihil habuit, sed etiã si in peculio aliquid haberet pro
culi reprobaret opinionẽ. Dũ pr. ita loquit. manifesto in
telligit. amplexus eandẽ sententiã non solũ qdo. servus
aliquid habuit in peculio, sed etiã qd. nihil in peculio ha
buit, in quo Pauli nsta consistit. Requirebat pro
culus in casu d. legis 18 ut servus aliquid habuisset
in peculio ad hoc ut postea manumissus teneret.
actione negotiorum gestorum quod no factam
sibi ipsi solutionẽ. Paulus vero hoc tale non requirens

proculũ

Auella
2

proculiũ, et aliis notat. Quod clarissime in sequentibus exprimit ubi et manumissũ teneri ait, et si nihil in peculio habuerit, et simul ex complo veri debitoris probat.

21 Antonius Faber in rationalibus ad dicta iura asserit requiri in dicta l. 18. quod aliquid habuerit servus in peculio, non ad hoc ut si nihil habuerit non teneatur, sed ad hoc ut eo tẽpore posit ei imputari cur a se non exegerit. Quomodo dicenti tẽ peculiũ a peculio non agnoscit. Sed ad quid illud requirat nescio, cũ deficiente adhuc peculio imputetur manumisso cur a se non exegerit. Nisi velit Faber, quod non asserat proculiũ in dicta l. 18. locutũ fuisse de obligatione servi, que, licet liber esset naturalis tantũ fuisset, quo erit causa liberũ hominẽ a se debere exigere teneat iuxta bonã fidẽ gestionis, ac per consequens, et servũ si aliquid habuit in peculio, ex quo sibi solvere posset. Quod quidẽ si admittas elisit magistrum argumentario facta a Cuiacio ex ineficacia obligationis naturalis que nullã parit actionẽ adeo in simili gestioni ut de tutore diximus supra nu. 15. cũ sequenti.

22 Neque hoc verũ potest esse in servo, a quo in dicta l. 18. amplius non exigit. quã ab alio libero gestore exigeret, etenim ratione servitutis nihil amplius habet dominus in servo quã libertatis iura posset. Quod si si liber fuisset servus non exigeret ab eo: non ideo magis ab eo exigi poterit quod servus e argumento tex. in l. 82 § 2. de legatis 2. l. 5 de servitute legata. quibus addẽ videndũ Amaia lib. 1. observationũ cap. 14. nu. 8. Praeterea si de ita dicta naturali obligatione sermo fieret in dicta l. 18. sequeretur ex inde, cũ eandẽ speciẽ prosequat dicta lex 19. quod servus ille teneretur actione negotiorũ gestorũ ratione eo casu quo non posset ei imputari mala administratio, iuxta bonã fidẽ, facta nam quod predicta suppositione probaretur in dicta l. 19. servo nihil habenti in peculio, et brevi tempore libertatis, negotia gerenti imputari posse cur a se non exigeret, quod quidẽ ex bona fide non

magis itaque potest in futuri quae sibi non soluit tempore
servitutis quando nihil in peculio habuit, cum tam breui tem-
pore in libertate moratur. et quae non sit ex bona fide damnare cur
non adquisiuit unde sibi soluere posset. Tandem constat Pau-
lum dicentem a procuratore, et aliis ut probat adversarius ad quem
ut simul quod non requirat aliquid in peculio quemadmodum licere-
ri requirebant. Quam dicentionem Fabernor agnoscit. 23

Aliter explicandus est Paulus.

Et quidem consensione omnes indicti iuribus negotia usu ser-
tum esse a servo tempore servitutis, perfectum vero fuisse
a manumisso tempore libertatis ut probant: in dicta l.
18. ibi: qui in servitute gerere coepit. Et in dicta l. 19.
ibi: in eodem actu perseverans. Deinde ponendum est
ut Cuiacio ubi supra servum contraxisse debitum naturale
ex negotio illo, quod gesserat in servitute. Exempli gra-
tia si ex pecunia quae in servitute debebat insulae aedifi-
candae acciperet servus, et consumat eam, vel quid simile quae
domino naturaliter debebant. hoc si in eadem manu-
missus perficiat putatur proculiani posse dominum
a manumisso exigere actionem negotiorum gestorum, si
modo servus iste habuisset aliquid in peculio unde
sibi soluere potuisset, et non fecit, existimabant enim
non ex aliquo necessitatis, et vere obligationis vinculo
ad stricte manumissum, sed ex aequo, et bono iuxta tam
obligationem bonae fidei obligationis naturalis idcirco requi-
rebant aliquid habuisse in peculio, nam deficiente
vinculo civili non videbatur contra bonam fidem sibi non
soluisse qui nihil habebat unde solueret. Non enim
ut conicctarium, iudicamur proculiani obligationem
naturalem a servo contractam in servitute post manu-
missionem civilem fieri quasi repetita conexitatis ra-
tione in posterioris gestionis simul post libertatis tem-
pore, quod videbatur ipsis forsitan, a principio non ori-
tam civilem obligationem postea civilem fieri non posse
neque actionem ab initio natus non natam post
manumissionem nasci potuisse adhuc conexitatis ratio-
ne, solum nominis quasi repetita tempore libertatis
sentiebant quae tempore servitutis ex gestione pec-

cant

fuerant orta, ideoq. naturalē tantū obligationem
iuxta nudā bonā fidē repertā iudicarent, ac
proinde manumissū non teneri affirmabant nisi
in peculio aliquid habuisset unde sibi solvere
posset, id q. non fecit; ideo culpam quasi repertā
recte sensebant in posteriori parte gestionis, quæ sine
prima illa culpabili gestione expediri non poterat. Po-
rro culpa hæc iuxta simplicē bonā fidē non erat im-
putanda ei qui nihil habuit unde sibi solveret, et
si maxime solvere voluisset. Hæc forsan proculiani.
24. Paulus vero ind. d. l. 19.
cos notat, et reprehendit q. requirerent aliquid in
peculio ad hoc ut manumissus præstatus teneretur. q.
et si nihil in peculio habuerit, nihil ominus tamen
id[future] iuris esse iudicabit, et quidē recte, nā ut inquit
Paulus: natura debitor fuit. non inquit ē sed fuit.
Primo. ut agnosceremus a principio obligationē ortā
que conexitatis ratione repertā videretur in posterio-
ri gestioni. 2. ut intelligeremus conexitatis ratione
obligationē illā, quæ fuerat antea naturalis, post
manumissionē quasi repertā civilē fuisse factam,
vel quasi tunc ortā, vel quasi demta servi incapaci-
tate civiles effectus nancta, quæ quidē naturalis
antea erat non tamen ex defectu vinculi, et obli-
gationis ipsa, quā ex defectu capacitatis in servo.
Non loquit. Paulus de naturali obligatione servi, quæ si li-
ber esset, naturalis tantū fuisset, quo modo teneret ~~nam~~
nos argumentū contrarij; sed de illa naturali obligatione
loquit., quæ naturalis fuit ex eo solū q. servus incapax
erat civilis obligationis contrahendæ; ipsa tamen ex
genere erat civiliū obligationū, quæ dum manumissus
perseverat in gestione reperta censet. vel saltē ag~~nit~~-
nita tempore libertatis ab homine iā libero. Unde
quæ naturalis fuit ante manumissionē civilis ē post
quā servus liber ē factus. Quod voluit Paulus ibi:
et sibi posset solvere debet, si in eodē actu perseveravit;
nec enim debet, proprie refert ad naturalē obliga-
tionē ut supra diximus. Non ergo comparat natura

obligatum cum civiliter obligato, sed eum qui natura debitor fuit; nunc tamen ~~nat~~ ita est civiliter obligatus. Quibus facile Proculianis fit satis, cum tota obligatio in se quidem esset a principio actus in servitute gesti fuerit orta, et licet obstante servi incapacitate naturali tantum a principio fuerit; tamen cum tempore libertatis repetita vel renovata censeatur: fit inde dempto servitutis impedimento civilem ipsius efficaciam apparere, quam ante licet impeditam antea item habebat iuxta genus suum ut supra diximus. 25

Quod autem Paulus de hac obligatione naturali loquatur apparet ex dic. l. 18. in cuius responsione retenta in dic. l. 19. non exigitur a servo in negotiorum gestorum actione nisi quod ab ipso libero vel ab alio libero homine exegerit, ut diximus supra nu. 22. liber autem homo naturaliter tantum obligatus non tenetur sibi solvere, ut ex supra dictis nu. 15 cum sequentibus nec igitur et servus, quem dum Paulus proponit obligatum sibi solvere non ex sola bona fide debiti naturalis, sed ex vinculo obligationis post libertatem contracto: satis intelligimus praedicta naturalem obligationem contraxisse teneri quod sibi solvere, et si nihil in peculio habuerit, ipse namque quod defectus licet excuset a non facta solutione iuxta nu. dictum, et simpliciter bonam fidem; a vinculo tamen obligationis civilis sibi solvendi non excusat, cum civiliter sit ita astrictus. Unde Paulus, et merito aliorum sententiam non notavit, et simul nihil contra supra traditam illationem scriptum reliquit. 26

Iuxta eandem interpretandi rationem intelligitur iura in l. et eleganter. 6. § servus pactionis ff. de dolo l. 3. C. servus proprio facto. Dubium tamen est quo modo sibi licet accipienda sint, quaeritur Donellus in dic. l. 3. nu. 4. cum sequentibus, et in l. 1. nu. 8. C. item illo eodem tit. non distinguens actionem in factum de qua in dic. l. 3. ab actione de dolo, de qua in dic. § servus pactionis. respondet in dictis iuribus non convenire manumissum ex gestis in servitute, sed ex dolo non solvendi promissum pro libertate in tempore

libertatis

libertatis comisso tamen explicata relinquit, male
haec iura inter se visa contraria contrariari, nam cum
ex iuris magistri distinguamus actionem infactum ab actione
de dolo ita ut cui una competit, nequeat et alia
competere cum actio de dolo sit pretoria, et subsidiaria
l. 1. §1. § penultimo, et ult. cum legibus sequentibus de do-
lo dic. § servus pretoris. Precertim si actio infactum sit
civilis: constat inde male conpondi adoneto actionem
de dolo cum actione in factum quae civilis est, et presertim
verbis, legum si accipiendum esse dicta l. 3. probavimus,
simul apparebit non esse probandam bonellianam inter
pretationem.

Sane in conventionibus
27 innominatis, qualis est illa legum in dic. l. 3. ante alicuius
partis ad implementum non oritur nec oriri potest actio, et
civilis obligatio l. 1. de rerum permutatione l. 7. § 2. de
pactis. Mendoza lib. 3. disputationum de pactis cap. 2.
nu. 7. licet enim romano iure in istis conventioni-
bus ante ad implementum a conventis recedere
l. 3. § 2. et 3. l. 5. in principio cum paragraphis sequenti-
bus de condictione causa data l. explicito C. de rerum per
mutatione Mendoza dic. cap. 2. nu. 7. et D. Pichardus
in § actionum 2 d. q. 27. nu. 24. institutionum de actio
nibus ubi de romani iuris initium ff. quae civilis obli
gatio oriri debuit in specie dicte legis tertie non inci
pit a tempore conventionis interveniente facti, sed a tem-
tione libertatis, nam ante manumissionem nihil conven
tionis illius est adimpletum, quod quidem tempore liber in
factus civiliter potest obligari ex ratione. Neque gestum fuis
se negotium illud tempore servitutis quidquam obstat, nam
non pret. negotium dicta conventio illa, sed ex negotii tem
pore manumissionis facte in executionem conventionis ip-
sius precedentis, ideoque est conexa cum eo intelligitur ab
implemento manumissionis, quam sine conventione pre
cedenti dominus non fecisset. Idcirco reperita velut re
novata contracta conventio illa iuxta supra dicta.
quo pacto multum probabiliter accipit Antonius
faber in iurisprudentia tit. 5. principio 2 illatione

15

in fine text. in dicta l. 3 determino quod legem donandi in ipso actu manumissionis dixit. Et quo casu non dubitat Donelus perinde esse ac si contrahentes res in uno eodem temporis momento, et manumitteret Dominus servum, et simul paciscerentur se obligando ut argumento text. in l. si quis sua 6. ff. communia prediorum rationibus lib. 2 commentariorum cap. 18. Ex qui igitur superiores predicte perinde est ac si conventio illa esset facta in ipso actu manumissionis; a quo cum origo civilis obligationis sumatur, ea liber factus civiliter possit obligari: non ubique tamen in dicta l. 3. actio illa in facto non sit civilis prescriptis verbis actio, que solet etiam in facto appellari l. 1. et passim de prescriptis verbis. Ut idem explicat Donelus ad tit. de prescriptis verbis cap. 22. nu. 2. 28

Neque si receptum predicte legis 3. refragatur dictus § servus pactionis quoniam in specie illius text. non precepit sit pactio donandi aliquid pro libertate inter servum et dominum, que ad modum presuppositi constat in dic. l. 3. Non desperato, fortior, non prestat pacti; sed id. Dominus recepit servi obligationem, et pactionem cum eo non contrahens ex promisso rem accepit, est enim expromissor qui principaliter se pro alio obligat, ita ut alius ille cuius obligationem in se suscipit nullo modo maneat obligatus. Ut cum Curtio inter pretes ibidem Antonius Faber sub legem quod libertinus 37. de operis libertorum, et colligitur ex eodem text. Adde Iurisconsult. in dic. § servus pactionis. Dixit de pactione pro portione sive conventione. Ut litera probat ibi: pro libertate. quo modo solet pactum vel pactio aliquando poni ut per text. in l. 3. C. de obsequiis patrono prestandis l. 1. C. de iure emphiteutico notat Osualdus ad Donelum lib. 16. commentariorum cap. 17. litera A. Et de pactis in dic. l. 3. C. de obsequiis. Ita non obstat iam dictus § servus pactionis in cuius specie bene observat Donelus ubi supra rationem de dolo servi adversus manumissum [illegible] in libertate commisso. 29

Ab hac tamen regula non est

instituto

indicto propt. legē ete vt iuris iurandi in principio et §.
iurare ff. de operis libertorū legē vl. de liberali causa.
quibus docemur non sufficere promissionē seu ius iurandū
servi facta prestitū vt in servitute adhuc vt libertus te-
neatur operas patrono prestare, requiruntur namque prae-
dicta iura q. sine promissio vel iuramentū prestetur post
libertatē. § et sic nec sufficit conventio in servitute fa-
cta de dando aliquid pro libertate ad hoc vt competat
actio in factū prout supra diximus sufficere in specie dic-
te legis tertiae = Donellus in dic. l. 3 in fine ponit diffā.
inter promissū pro libertate, et operas promissas, quas di-
cit non promitti pro libertate, nec quasi permutatione cū
ipsa quemadmodū promissa pro libertate pecunia cū
libertate videtur permutari in dic. l. 3. Verū cū operae
non deberentur nisi fuerint libertatis causa promissae,
id. nihil ē aliud quā libertatē non competere nisi pro-
missis sint operae, vt explicat Cuiacius in solemnibus
recitationibus ad tit. C. de operis libertorū Antonius
Faber lib. 20. coniecturarū cap. 18. per legē in liberto
77. de solutionibus nihil ē cur in refutanda Donelli
solutione immoremur.

Respondet. § in propositionē

30 operariē iure civili valituram non esse nisi pretoris edi-
ctū istā confirmaret, est enim contra naturalē libertatē
l. pari 4. si quis operarentur fuerit manumissus Antonius
Faber in iurisprudentia tit. § principio 2 illatione 12. et
15. tota igitur operariē promissio sicuti ex edicto pendet
ita aliter quā iuxta edictū facta nullā firmitatē ha-
bebit. Porro edictū illud propter infirmissimū liberta-
tis beneficiū prolatū ita videtur conceptū vt rationē
polliceretur adversus libertinos libertinasve, qui que
ve operas promiserint, iuraverint, vel aliter ad eas
prestandas obligati fuerint l. 2. in fine iuncta l. qui li-
bertinus 37. ff. de operis libertorū. Quod edictū cū sic
haberet conceptū: dubitatū est inter iure consul. an aliter
servus duntaxat, an vero libertinus iurare vel promitte-
re deberet ad hoc actio vt actio ex edicto competeret, idē
an sufficeret in servitute duntaxat iurare vel promitte-
re

arueruo requireret. etiam si in servitute iurasset quod post
manumissionem id praestiturum, vel promitteret et merito
obtinuit referenda esse verba edicti ad libertinos id
praestitos proinde necessarium esse quod post manumissionem
iurarent dict. l. 7. in principio, et §. iurare dict. l. ult. alit.
enim non libertinus sed servus iurasset cum novus homo
videatur manumissus l. quaeres 98. § eum de solutionibus.
Sane edictum illud non solum confirmare voluit operarum
impositionem sed etiam per propositum coercendae perse-
verantis libertatis causa impositorum, quae adeo ex crederent
ut nimium inde onerari libertinis personis iusse praetor suo
edicto succurrere decrevisset dicta l. 2 de operis libertorum.
Unde iuxta hanc edicti intentionem fuerunt relata ipsius
verba adeos tantum, qui libertati promiserunt vel iura-
rent ne si tempore servitutis facta promissio valeret,
occasio praeberetur amplissima onerum, et operarum impositio-
ni illo videlicet tempore quo, et licentia dominantis nimis
praeveneret, et spes libertatis in servo nihil non admitte-
ret, et quaevis posset Dominus in ipso actu manumissio-
nis legem operarum dicere (ad quem casum refert. dic. l. qui
libertinus 37. ibi: obligatus ne erit de operis liberto-
rum quasi in libertatem sit facta promissio seu impositio ut
argumento l. siquis liber 6. ff. commenta praediorum
explicant Donellus, et Faber) eo tamen modo minus
potuerunt onerari libertinae personae quam si tempore
servitutis fieret impositio cum enim naturaliter eveni-
at in aliis conferendum beneficium cum rubore quodam
liberalitatis multis oneribus, et conditionibus sic
circumscriptum fuisse pudeat: difficilius esse videtur ut
quasi in publico, et in ipso actu manumissionis nimias
leges solus Dominus dicat quam quod secreto quodam ser-
vitutis cum servo pactus imponat, unde, et habeat
exceptione forsitam poterat dicere potius ex servi
voluntate, et precibus quam ex nimia dominandi cupi-
ditate impositionem fuisse factam quam propterea solum vale-
bit promissio operarum facta in libertate nec promissio-
nis facta in servitute ulla habebitur ratio adeo ut ex
ui conceptis cum ad implementum manumissionis

quoniam iure civili nulla ex nullam conexionem habens
& solo edicto sustinetur: ut diximus.

31 Eadem pariter ratione acci-
piunt iura in l. si iura 31. de fidei comissariis liberta-
tibus l. Aurelius 28. § stico de liberatione legata qui-
bus probatur servum teneri ad redendas rationes gestorum
in servitute verum hoc non est q. prius rationes tene-
tuerit sed quia tenetur restituere quid quid liber inven-
pretium quod pertinet ut sunt corpus instrumentorum
pecunia apud eum remanens ex gestione, et alia id genus
ad quae restituenda eum ex iure ordinem compellit ut petere
non quidem virtute gestionis in servitute sed ex eorum
verum ratione tempore libertatis ut recte sinus ad
tit. C. an servus pro suo facto Donellus in d. c. l. 1. nu. 8.
in fine C. illo tit. Cuiacius tractatu 7. ad africanum
in l. quaerunt 32. de conditionibus et demonstrationibus
merito ac sic rationes reddere cogit: non ut reliqua in
malo more vel alias in servitute consumpta restituat
sed ut appareat quid reliqua extet hunc eum
primum liber esse caperit l. ad quid 17. § tenula de ne-
gotiis gestis et inde quod constet quid ei restituendum
quidem iuris esse videtur quando manumissus est
rogatus est rationem reddere adhuc enim eo casu cogitur
reliqua restituere quae penes se extant l. si servus
117. de legatis primo l. 7. l. Lucius 12. l. ult. § inter
de liberatione legata expresse tit. in l. Dominus 23. §.
ult. de peculio legato convenit d. c. l. Aurelius § manumitti
liberatione legata Cuiacius tractatu 7. ad africanum in l.
quaerunt 32 de conditionibus et demonstrationibus.

32\. Quo terminis ita dis-
cilia responsa quae obligationem istam restituendi reliqua
ta, et penes se extant in reliqua negare videntur.
quando rogatus est manumissus rationes reddere in eo con-
di, non fit pecunia credita sed tantum deposita ma-
net l. 1. § si pecunia 34. depositi d. l. quod si Labinitio
10. h. t. idem iuris esse videtur, et si non fuerit expres-
sum, si volueris, sed tacite hoc inest. Ut inspectis
dictae legis Dic sponsaliorum 25. § 1. d. l. si sacculum 29.
§ 1. depositi etenim quousque moveat et deposita-
rius pecuniam ad utendum, vel aliquid aequipollens

faciat, non intelligit. nisi depositum voluisse pecuniam, depositum enim simpliciter contrahitur, et datur facultas vtendi semper intelligitur si depositarius voluerit. Igitur quousque suam explicat voluntatem non erit mutuum.

30 Sed iam diffinitionis partes percurramus. Diximus, contractus, loco generis. Consonant iura in l. si ego 17. in princ. et §. 1. l. certi 9. §. quoniam l. civiles 27. l. si et me 32 ht. l. i in princ. de obligationibus, et actionibus. lege si ita stipulatus 126. §. Chrisogonus vers. superest de verb. obli. §. ius autem gentium inst. institutionum de iure naturali princ. institutionum quibus modis re contrahitur obligatio l. 1. §. si pecunia depositi arg. legis non solum 31. de obligationibus, et actionibus. l. 12 q. certissimum apud omnes. Unde necessarium est ad mutuum vt duorum concurrat concursus, et dantis scilicet, et accipientis quemadmodum in alijs contractibus l. 1. §. conventionis de pactis l. in omnibus 55., et 57. de obligationibus et actionibus l. 3. de pollicitationibus. Nec enim sola rei traditio mutuum perficit, cum nec proficiat ad transfationem dominij l. numquam 31. de adquirendo rerum dominio. Requiritur enim vt precedat causa consensusque voluntate dantis, et accipientis iuxta §. per traditionem institutionum de rerum divisione. In quo consistit contractus.

31\. Verum huic certissimi assertioni, vt magis clareat, quaedam non contemnenda obstacula oponuntur. Et primo arguitur. Nam contractus est vltro citroque obligatio l. Labeo 19. vers. §. contractum de verb. sig. At mutuum non continet nisi obligationem tantundem restituendi in eodem genere, qua accipientem solummodo tenet, cum dans mutuum non videatur obligari ex quo rem iam tradat. Ergo mutuum non est contractus, quod et vlpianus in d. l. 19. satis clare patet.

distinguere actu contractum, et interea ad referens numerationem quae ad mutuum pertinet.

32. 2°. Civitas non potest consentire cum nec consentire valeat nullam habens veram personam. Unde nec municipes uni possunt consentire l. 1. §. municipes 22. de adquirenda possessione. Et tamen potest civitas, ex mutui causa adstringi, et obligari l. civitas 27. h. t. Ergo mutuum illud non est decorum consensus nec contractus.

33 3. Contractus non potest conferri in voluntatem contrahentium, et postulat minimum obligationem ex parte utriusque vel alterius contrahentium l. iuris gentium 7. de pactis l. 1. de obligationibus et actionibus iuxta glossam et doctores in d. l. labeo 19. vers. contractum de verb. sig. Obligatio autem non est non est posita in voluntate l. sub hoc §. de obligationibus et actionibus. §. 10. institutionum de oblig. Atqui mutuum potest conferri in voluntatem contrahentis qui obligandus est l. quod si ab initio 10. h. t. Ergo non est ratione contractus.

34. 4. furiosus nullum potest celebrare contractum quia nullum habet consensum l. 1. §. furiosum de obligationibus et actionibus. l. in negotijs 5. de regulis iuris. Atqui numeratione facta a furioso, consumpta pecunia mutuum contrahi videtur. l. si a furioso 12. h. t. l. si a furioso 24. de obligationibus et actionibus. Igitur mutuum non est contractus. Simile argumentum deducitur ex l. naturaliter 31. §. ult. de conditione indebiti l. cum illud 25. §. 1. quod si. de legatorie l. ult. de iure iurando l. si pupillus 21. ad falcidiam l. in numerationibus 44. §. item si pupillo ff. de solutionibus quibus probatur pupillum sine tutore ex mutuo obligari saltem naturaliter, cum tamen nullum aut infirmum consensum habeat, quod ad contractum non proficit l. 1. §. C. de falsa moneta cum similibus. Unde nec naturaliter erat obligandus prout affirmat. in l. 41.

41. de condictione indebiti l. pupillus 59. de obliga-
tionib. et actionib. Item si pupillus absque tutoris
auctoritate pecuniam credat consequitur condictionem
pecunia consumpta l. non omnis 19. §. 1. h. t. et tamen
consumptio nequid praeter consensum adesse in pupillo
ut contrahat.

35. § denique respondetur vul-
gata, et difficilis lex cum in corpus 36. vers. nam et si
de adquirendo rerum dominio quo loci accipi-
ens pecuniam quasi creditam ab eo qui non vere cre-
ditum tradidit pecuniae dominium adquirit, non obs-
tante dissensu illo ex quo contractus ulterius non
proficit. Lex vers. nam et si obstare videtur lex
si ego 18. h. t. quia constare videtur mutuum non esse
contractum.

36. Nec tamen haec tandiu locum
adhuc omnium certissimam infirmant rationem, bre-
vitatis gratia pluribus omissis respondetur ad primam in d.
l. 19. vers. contractum, describi contractum propriissime
sumptum quatenus distinguitur a pacto; non vero
definiri contractum proprie generaliter sumptum, est
enim proprie contractus generaliter quatenus obli-
gatio oritur ex conventione quomodocumque tantummodo ex
parte unius contrahentis oriatur; sed specialiter
magis proprie prout distinguitur a pacto contractus
ultroneam obligationem producit. Late scripsimus
in tractatu de pactis cum Osualdo ad Donellum lib. 12.
com. cap. 6. litera A. Donellus d. li. 12. cap. 8. et
in l. 1. nec 11. h. t. instrumentum tamen eiusdem propriis datur
magis, et minus, sicuti inter proprietatem creditoris
proprie creditorem secundum aliquos is cui ex lega-
to vel ex delicto debetur, sed magis proprie creditor
ille dicitur cui ex contractu debetur, quod etiam excedit
proprietate credendi is qui mutuum dat pecuniam.
Ut ex supra dictis in prima parte satis constat,
praeterea in mutuo non tantum ex parte accipien-
tis, sed etiam ex parte dantis oritur obligatio, ad hoc
ut mutuum dans nequeat statim revocare, et

expecunia petere antequam beneficio + [sibi] frui dictae vecti praestatur. Uti prout argo. tex in l. in commodato 17. § sicuti ficommodati docet Bartolus. quem refert, et comuniter admittit. Testatur Mascha in compendio tit. 3. in praeamisis num. 26.

37. Ad secundum respondetur quod licet iuxta iuris regulas civitas vel universitas contrahere non possit neque alia gerere, quia persona est iuris; utilitatis tamen causa singulari iure plura recepta sunt universitatum favore l. 2. de adquirenda possessione l. sive 9. § ult. de publicanis l. municipibus 97. de conditionibus et demonstr. et plures pluribus alleg. videndus Dominus illustrissimus 2. tractatu 2. cap. 15. per totum. Inter quae receptum est ut universitas mutuum pecuniam possit dare aut accipere l. nihil 15. ad macedonianum d. l. civitas 27. h.t. l. tutis 11. de pignoribus. sicuti enim ficta persona quandoque personam veram repraesentat in his quae iuri sunt l. hereditas 34. de adquirendo rerum dominio l. heres 22. de usucapionibus cum similibus. ita persona administratoris vera repraesentat personam fictam universitatis, cui administratorum consensus proficit ad contractus perinde ut si propriis ipsius universitatis esset. Losaeus de iure universitatis tertia parte cap. 4. per totum Antonius Fab. in rationali ad d. l. 27. ubi comuniter doctores.

38 Et quidem si universitas legitime convocata sive consilium ipsius, aut ordo decurionum accipiat mutuum tunc indistincte tenetur licet creditor non probet versum in universitatis utilitatem per textum in autentica hoc ius ad finem c. de sacro sanctis ecclesiis iuncta ibidem Glossa. Quidem iuris est si sindicus vel administrator speciale mandatum habeat ad mutuum accipiendum, sive speciale mandatum sit ad certam causam sive in genere Bolocninus in rubrica si certum petatur num. 32 Butrigela in d. l. civitas ubi comuniter doctores Antonius Fab. et Losaeus ubi supra ex quibus omnia in hoc numero dicta, et alia plura deprehendere poteris. Quod si administra

tor

tor non habeat tale mandatū: tunc creditor tenetr. probare pecuniā versā fuisse in utilitatē universitatis, alias namq. non civitas sed accipiens ad ministrator tenetr. d. l. 27. Quoniā non convertens pecuniā in utilitatē universitatis non intelligitr. ad ministrator vigore legis si fundū §. sitator ff. pro emptore, nec qd. favore universitatis introductū ē debet in odiū ipsius retorqueri l. 6. c. de legibus. quapropter non intelligitr. mutuū acceptū nomine universitatis. prosecunte. Lattius sup. laudati.

Ad tertiū respondetr. in
39 d. l. 10 non conferri mutuū in voluntatē accipientis, sed solummodo quasi invitari ad mutuū accipiendū, qd. tunc fieri intelligitr cū ipse pecuniā pecuniā voluerit; postqā tamen expliuerit suā voluntatē, mutuū est contractū nec tunc confertr. in voluntatē ipsius. Ut bene Morla in emporio tit. 9. 7. 9. nu. 11.

Ad quartū respondetr. periodū in specie d. l. 12., et d. l. 24. condictionē ad
40 quirere; non tamen exinde infertr. mutuū contraxisse, quamvis enim communis glossatores in eo textu cū similibus consentione pecuniæ reconciliari mutuū, qd. et aliquando defendit Antonius Faber et quasi mutuū aut mutui simulacrū esse explicat Connanus lib. 7. com. cap. 1. nu. 14. Verius tamen ē tam in d. l. 12. quam in aliis similibus condictionē illā non ex mutuo oriri sed ex equitate iusta rationē de quā si ad me 23. tit. quæ conditio generalis ē, et dicitr. sine iusta causa, competit qs. ex bono, et equo nec cū in aeterna tradentis periculi locupletetr. accipiens, et consumens pecuniā. Ut cū pluribus tenet Morla in emporio tit. 7. in pœmitis. nu. 19. Pichard. ad tit. institutionū quibus modis re contrahitur obligatio in in pio. nu. 132. qd. enim ea condictio dicatr. ex numeratione orta, in l. si quis 56. §. sive mos de fide iussoribus non ē intelligendū causaliter sed ocasione numerationis quo etiā modo accipienda ē ratio d. legis non omnis 19. §. si pupillus

ibi:

ibi: non alia ratione quam qd. fructu eius intelligit. adeam qui accepit pervenisse h.t. sicuti intelligenda iura in l. 13. l. 18 in fine principij et §. 1. cu similibus h.t. unde, et pendet lex pater filio 81. de iure dotiu. Ubi ad hoc ut dos censeat. profectitia sufficit patrem prefata conditione teneri l. 5. de iure dotiu. sicuti et furiosus obligat. quotiens citra consensu ex re et fructu ipso orit. obligatio l. furiosus 46. de obligationibus et actionibus ita parit. obligationem adquirit quo citra consensu ex re, et fructu ipso iuxta equitate orit. in d. l. 12 d. l. 24.

41. Ad illud qd. de pupillo inuoluit quarta hec argumentatio breuiter respondet. pupillum in tradenda etate constitutum ut constet nullum habere consensum. nec dando nec accipiendo mutuum sine tutore obligare obligarive ex contractu propter defectum consensus; quamuis consumpta pecunia vel fructus locupletior ex equitate teneat. vel teneat accipientem d. l. 19. §. 1. h.t. d. l. 13. §. vult cu l. sequenti de condictione indebiti qd. quidem numquam cueniet cu nemo quid quam gerat cu impuberibus ipsis sine tutoris auctoritate. qd si pupillus consensum aliquem in habeat. tunc dando mutuum bene poterit obligare accipientem quantum est ex parte contractus qui in fauore pupilli valere poterat. l. contractus 28. vers. ex diuerso de pactis sed qs. sine tutore quid quam alienare non potest, ideo mutuum non tenet d. l. 19. §. 1. h.t. qd. si pupillus ipse absque tutore mutuum accipiat. non obligat. nisi fructus fuerit locupletior, et tunc non ex contractu sed ex re, et equitate ipsius d. l. 14. de condictione indebiti unde nec mutuum tenere dicendum est quo etiam pro tali casu non fructus locupletior nec naturaliter obligat. in his que damno pupilli fuerint, quomodo procedunt iura in l. 41. de condictione indebiti cu similibus in alijs vero que damno ipsum non afficiunt tamen naturaliter obligatus censet. in d. l. 25. ac dies legatorum cu similibus est enim hoc in casu orta media

quedā obligatio naturalis ex medio quo dē modo pu-
pilli conservetur ut cū Gilio post et Narciona expli-
cuimus in l. tractatu de pactis. Non qd. dici dictā vin-
culū sit, sed qd. partim obligatus remaneat; partim
vero contrahens in quibus dē teneri iudicare qō conve-
nire videatur; in alijs vero propter infirmitatē conse-
sus nec consensisse nec naturaliter obligatū esse
perhibeatur. cū enim possit suā conditionē meliorē
facere, et non deteriorē ex inde procedit media ista
obligatio non insubsistit. potest confirmari in his
quib. vel meliorē, aut saltē non deteriorē faciunt pu-
pilli conditionē, prout ex dimidiato illo tractatu
de quo in d. l. 27. vers. ex diverso de pactis non in-
solentē similē mediū qō. istā obligationē non sub-
sidere doceberis.

42 Adquirendē respondet. in d. l. cū
in corpus non probari contractū fuisse mutuū, sed
tantū probari valuisse donationē. Multi insudarunt
ut conciliarent hanc l. cū si ego 18. ut videre
ē apud genuā legē con pagina mihi 689. + siliarum
Valensiā epistola 5. ad Antoniū Fabrū exhereditatio-
ne 10. per totā. qui meliores sint omnes, doctorū
sententias referunt. et licet pauci probabile
aliquid, et plausibile adducant; nemo
tamen quē videriant difficultatē soluit. ego vero
sic conciliabo. Cū in corpus, inquit Iulianus, qui-
dē qd. tradit. consentiamus, in causis vero dissentia-
mus, non animadverto cur inefficax sit traditio.
Supponit causā adquisitionis, qd. sine ea nec da
traditio in efficax esset ad dominij translationē l. nun-
quā 31. de adquirendo rerū dominio. Non qd. loqui-
tur absolute ex quacunqs. causa fiat traditio, si
enim causa illa accipientis desideret consensū ut
subsistat, veluti mutuū, et alij contractū conven-
tiones, necessequē dissentiente accipiente efficax ē tra-
ditio ex illa causa facta, quā probavimus nullā esse
constat. Ideirco inquid non animadverto cur in-
efficax sit traditio quasi dicat: ex qd. dissentiamus

in causis tradendi, et accipiendi non statim sequitur
inefficacem esse traditionem, quia potest esse efficax
traditio. Sed licet casus non explicet in quibus effi-
cax esse potest; eos tamen demonstrare videtur ex
exemplis quae statim subiicit. Ex quibus facile dedu-
cimus illos esse in quibus traditio fit ex causis quae le-
ge ad sui executionem acceptantis consensum requi-
runt; ad essentiam tamen substantiam eius iam tantum
modo consensu, et voluntate nituntur. veluti
pollicitatio, donatio, legatum, et alia eiusdem generis.

43 Hanc mentem explicavit
Iulianus exemplis legati, et donationis; ibi: velu-
ti si ego credam me ex testamento tibi obligatum esse
ut fundum tradam, tu existimes ex stipulatu tibi eum
deberi. Istius traditionis causam non ingreditur consen-
sus accipientis, legatum enim totum pendet a volun-
tate testantis, et legatum re vera intervenisse in hoc
casu recte sentiet quis cum supra laudato Valentia.
Verbum namque, credam nominavit ubi re vera fuisse
legatum tantum ex estimatione tradentis demonstrat. Idem
adstruit Iulianus exemplo donationis in versic. nam
et si pecuniam etc. Ubi per particulam illam, nam, quae ra-
tionem rationem involvit, facile argumentatur a difficil-
liori ad minus difficile, et a maiori ad minus, si enim
donatio, quae donantis consensu nititur transfert domi-
nium in dissentiente: melius transfert legatum, quod
in tradentis solventisque voluntate non consistit.
Constare autem scribit Iulianus donationem efficacem
esse, quod videlicet donationis substantiam
non ingreditur consensus donatarii, qui solum ad
executionem pertinet donationis alias namque facile
perficeretur donatio et esset contractus si quidem
duorum consensu subsisteret. quod est contra legem in
ter dictum 14. de precario legem l. si quis argentum 35. §. 1 ff.
de donationibus inter l. si non 15. C. eodem. Gratiba de
Pichardum in rubrica institutionum de donationibus num. 17. cum
sequentibus. Duarenum ad pandectas tit. de donationibus
cap. 5. Cuiacium in novela 58. Antonium Fabrum 2. tomo

De
Regio 18 de donationibus

de erroribus decade 45. errore 8. Unde cum consensus donatarij solum pertineat ad executionem, et non ad substantiam donationis: satis est ad dominij translationem voluntas donantis non obstante errore donatarij, qui non impedit causam efficientem donationis, dummodo in adquirendo donatario adsit voluntas, et consensus adquirendi, quod pertinet ad executionem donationis. Certissimum autem est habere voluntatem adesse in eo, qui, etsi erret in causa traditionis; adquirere tamen voluit. Quomodo intelligendus est text. in l. absenti 10. de donationibus cum similibus. Quibus non probatur necessariam esse scientiam donationis in donatario ad hoc ut ex donatione adquirat; sed solum probatur necessariam esse voluntatem adquirendi, et quamvis regulariter necessaria sit scientia donationis; hoc tamen est quia regulariter non habet animum adquirendi rem donatam nisi qui scientiam habet donationis sibi factae. Quod si absque tali scientia constet de voluntate adquirendi, hoc quidem sufficiet ut donatio suum effectum sortiatur. Prout in d. vers. non et sic sponte.

44 Nec disturbet quod saepe contractus appellatur donatio l. contractus 17. C. de fide instrumentorum l. 7. C. de his quae vi metus ve causa l. si quis 8. C. de praescriptionibus 30. vel 40. annorum l. donationis penultima C. de donationibus, l. 3. C. de Curiales vl. C. de litigiosis l. cum qui 22. de donationibus. Quibus motus Ferdinandus Mendoca lib. 5. disputationum de pactis cap. 4. num. 28. donationem tenet esse contractum. Quoniam hoc iure vel accipienda sunt de donatione, et negotiali donatione ex Pich. in d. rubrica de donationibus num. 19 ut in exemplis legis 2. legis 8. C. de conditione ob causam. Iuxta Antonium Fabrum dicto errore 8. num. 12 ubi recte animadvertit secus non esse donationem esse quam contractum do ut des, aut do ut facias. Vel ita sunt intelligenda ut solum probent donationem similem esse contractibus, id est, quasi contractum, ideo quod contractum in dictis iuribus improprie

accipi quoad donationē, Nec novū ē quasi contrac-
tū appellarī simpliciter contractū l. sed et 16 de
negotijs gestis l. ex contractibus 49. de oblig. et ac-
tionibus l. eandē ff. de duobus reis. similiter ulterius
solens ē in una eadē q̄. oratione unū, et idē verbū
proprie, et improprie ad diversa referri l. 2. de offitio
proconsulis l. 10. secundū plures. Diversos [illegible]

45 Restat ut respondeamus
d. legis si ego 18. h.t. quae huic nostrae q̄. scriptura dele-
re videtur. Verū ibi accipiens pecuniā quasi mu-
tuā ~~[illegible]~~ sciebat pecuniā sibi donari, et expresse
dissentiebat nollens ex donatione pecuniā quaerere
ideo q̄. donatio non sortitur effectū l. hoc iure 19.
§. 2. de donationibus. At in d. l. cū incorpus 36. nos
nam et si accipiens pecuniā ignorabat donationē
sibi fieri putabat q̄. pecuniā sibi creditā esse, ad
q̄. ita non contradicebat donationi, constabat autē
de ipsius voluntate ad pecuniā adquirendā, nec creden-
dū ē noluisse adquirere ex donatione qui credita vole-
bat adquirere. Qua propter nulla facta donationi re-
pugnantia dominiū quaerit. ut sup. explicuimus. ita
Petrus de belusio doctor mediolanensis relatus a [illegible]
in d. l. si ego nec q. Duarenus ad tit. de rebus creditis
cap. 2.

46 Antequā solutionē istā exist-
dē iuribus confirmemus operae pretiū erit casū d. legis
18. figurare. Titius cū indigeret pecunia, mutuā dari
ab amico Sempronio rogavit. Qui amicitia potius
ductus quā credito pecuniā donabat, nec aliter trade-
re volebat, Titius vero (ut quandoq. solet) donatā
respuebat, creditā tantummodo volens sibi pecuniā
tradi. Horta inter eos hinc inde amicavit quadā al-
tercatione, tandē Sempronius ne forte Titius caroret ne-
cessarijs ita loquitur: accipe nunc ad usū nummos et
postmodū quid oporteat videbimus accepit Titius
mutui retenta opinione, verū Sempronius simula-
tione predicta interposita tradidit sperans tempore
elapso donationē, quae ipsi in animo erat, acceptā

forte Titiũ magis constituturũ esse. Hactenus de d. l.
18. Nunc autẽ et simul, et solutionẽ datam pro-
bemus, nec deducã ex verbo opinione qd. prae se fert
altercationẽ, et contradictionẽ, sed ex verbo donaturus,
qd ẽ in d. l. 18. Cuius quidẽ vocabuli proprietatẽ
supponit Ulpianus qd tradens in actu traditionis non
fuit donans sed donaturus; ut tamen voluntatẽ
donandi haberet. Q necessario referendus ẽ ad
casũ praedictũ, alias namq. nullus daret casus in
quo tradens se cogitet donaturũ, et non actu dona-
rẽ. At in d. l. 36. vers. nam et si non proponit Julia-
nus tradentẽ donaturũ esse, sed actu donantẽ ibi-
tradit donandi gratia.

47 Deinde ante pecuniæ con-
sumptionẽ quaerit Ulpianus in d. l. 18. an mutuũ
fuerit contractũ nec ne? Ibi sed an mutua sit vi-
dendũ? qd. dubiũ si ponas simplicẽ dissensũ acci-
pientis, et tradentis pecuniã indignũ quidẽ fuisset Ul-
piano jurisconsulto, ut nec leguleius adhuc de mutuo
dubitare posset quandoquidẽ certo certius ẽ nullã
intervenisse conventionẽ ac per consequens nec mu-
tuũ. Casũ igit. tractat Ulpianus aliquali dubi-
tatione dignũ ut et ipse indicare videt. sic respon-
dens: Et puto nec mutuã esse qd. respondendi ge-
nus per verbũ puto ipsũ aliquã denotat dubita-
tionẽ. Cũ q. solũ praedictus casus dubitabilis esse po-
sit, ex eo qd. videbat. Sempronius mutuo consen-
sisse et. pecuniã tradidit non alit. quam ~~mut~~ mu-
tuã volendi: apparet exinde propositũ fuisse con-
tingentiã aut similẽ, et non aliã tractari in d. l. 18.

48 Denique Ulpianus in d. l.
18. asserit in ea specie quam tractat Julianũ scripsisse
donationẽ non esse; et tamen in specie d. legis 36. vers.
nam et si constat qd. Julianus tenebat donationẽ valuisse
Igit. non eadẽ ẽ species utriusq. legis sed
diversa, et quidẽ ut ẽ in d. l. 36. probat. Julianũ non
fuisse locutũ de dissensu tradentis positivo. Qui in ea
specie contradictione consistit sed de dissensu negativo

id est non consensu, prout colligitur ex eodem textu ibi: sue exceptiones et ipsa stipulatio etc. ubi non in contradictione sed in errore ponitur discursus: facile exinde soluta relinquitur locus depositione d. legis 18. quo dicentis fuit positivus, et manifesta contradictione; aut utique pariter mentiri aut Iulianum secum pugnare cogemur dicere argumento legis in ambiguis 19. de legibus.

50 Apparent igitur inter se conciliate prefate leges, et simul constat mutuum esse contractum. Unde quemadmodum ceteri contractus cum conditione possunt celebrari, ita et mutuum admittit conditionem, et omnia que inseri stipulationibus possunt l. omnia 7. cum l. sequenti hic. Non quod numeratio, que facti est, conditionem admittat; sed quod numeratione facta non aliter mutuum contrahitur quam voluerint contrahentes. l. non omnis 19. in principio hic.

51 Denique sciendum est mutuum contractum esse stricti iuris l. aut mutua 6. iuncta l. sequenti ff. de eo quod certo loco §. actionum 28. institutionum de actionibus. l. Titius 24. de prescriptis verbis iunctis l. 3. c. de usuris l. Lucius 24. depositi l. in bone fidei c. de pactis. Vuesenbequius in paratitlis ad hunc tit. num. 9. Connanus lib. 7. com. cap. 1. num. 8. Pich. in d. §. actionum questione 2. num. 10. et 13. Ratio autem propter quam scripti iuris dicitur esse mutuum, vel est quia stricta regula, et arithmetica proportione ad quam equalitatem omnimodo exigantur res creditum ut tenenuerunt Vuesenbequius, et Connanus ubi supra. Vel quia ex mutuo non oritur ultro citroque obligatio, quia quem mutuum dans tenetur aliquid prestari debitori; contractus autem bone fidei ideo tales esse dicuntur quia ex eis mutua aliquid prestandi obligatio inter contrahentes vicissim oritur, ideo quod communi voto in eiusmodi negotiis omnia ex bona fide prestantur. Ut scripsit cum Otumano, et Balduino Pich. d. §. 2. num. 12. cum sequentibus ubi num. 10. aliam adducit rationem firmans propter periculum usurarum in ductum fuisse ut mutuum stricti iuris esset

ne illas extorquendi improbis hominibus ultimo sui iure sciuili preberetur ocasio, quoniam ut plurimum gratia usurarium inisere, ut et Aristotele in problematis scribit. Federicus Scotus quod tione dit. in rubrica nu. 100.

52 Neque refragatur ut sup. diximus in solutione ad primum, mutuantem scilicet obligatum esse quoad non petendum statim, etiam neque beneficio putat aucupiens. Quoniam hec non est obligatio nata ex mutuo, sed potius defectus iuris ad agendum, vel ex mutuo dilatio quodam tacite data ad soluendum, non inquam est obligatio ex qua teneatur mutuans aliquid ex prestare, prout in contractibus bone fidei mutue prestationes interueniunt, certo pro certius est post illam dilationem non habere mutuatarium actionem aliquam neque directam neque contrariam ex mutuo ad uersus mutuantem. Quod quidem in bone fidei iudicijs alite se habet, ex quibus, et directe, et contrarie competunt actiones, et mutue possunt fieri prestationes. ut explicat videndus Rich. d. q. 2. nu. 12.

53 Minus obstat lex 3. h. t. ubi licet non fuerit expressum, reddendum tamen est eque bonum ex mutuo, et tamen in contractibus stricti iuris omissum pro omisso habetur. nihil pro venit preter id quod actum est l. 1. § 1. l. triticum 94. de verb. obli. cum alijs suspicitur in contractibus stricti iuris rem deterioratam soluisse l. et eleganter 7. § non solum ff. de dolo. Nam respondetur naturam mutui exigere ut eque bonum reddatur, est enim mutuum introductum in locum comodati in ijs que functionem in suo genere recipiunt id est tantum valent. quare propterea eo ipso quod contrahatur mutuum actum esse intelligitur ut eadem quodammodo res reddatur per consequens eque bona, alias namque non eadem res videretur reddita. ut explicant Duarenus ad hunc tit. cap. 7. vers. 3. ad officium prope finem Connanus [illegible] cap. 1. nu. 6. cum sequentibus Vuesenbecius in paratitlis eod.

ad hunc tit. nu. 8. in contractibus autem stricti iuris etiam veniunt ea quae acta sunt l. semper in stipulationibus 34. de regulis iuris l. interdum 73. l. inter stipulantem 83. §. 1. de verb. obl. Ita Pich. in d. §. actionum quaestione 6. nu. 4. et q. 10 nu. 4. Andreas Fab. in rationalibus ad dictam l. 3. tit.

54 Diximus in dictione dationem vera vel ficta duo involui verbum dationis mutuum necessaria. Primum est quod res tradatur, secundum vero quod transferatur rei dominium in accipientem, hoc enim est dare, idest, dominium tradendo transferre §. sic itaque discretis institutionum de actionibus. Consonant iura in l. 2. in princ. et §. creditum cum sequenti. passim ff. hoc tit. l. qui negotia 34. mandati l. 1 in princ. de obligationibus et actionibus l. si tibi 17. de pactis l. 2. §. circa vers. proinde de doli exceptione l. cum ultra q. C. de non numerata pecunia princ. institutionum quibus modis re contrahitur obligatio. Explicant communiter omnes in d. l. 2. Donellus ad d. rubricam C. si certum petatur anno 11. Duarenus ad hunc tit. cap. 2. Connanus lib. 7. com. cap. 1. passim. Petrus Gregorius lib. 22. syntagmatum cap. 1. nu. 1. 6. et ul. Pich. in d. princ. institutionum quibus modis re contrahitur obligatio nu. 14 et passim. Mola in emporio tit. 8. in premissis anno 13.

55 Hinc dicitur mutuum re contrahi idest rei interveniente traditione, cuius quidem initium non incipit a conventione sed a numeratione l. qui pecuniam 30. h. t. l. Titius 4. quae res pignori l. in fine l. potior 11. l. Lucius 18. qui potiores in pignore. Hinc ultra rem datam mutuum non extenditur. d. l. 17. de pactis l. rogasti 11. §. 1. h. t. in quibus consequenter respondetur quod si tibi mutuum decem dedero ut unde sit debeas, et restituas: amplius quam decem condici non possunt, praesertim actione ex mutuo. Quod et extenditur ita ut nulla alia actione ?indecim peti possim propter adiunctas usuras cum quamuis enim pacti incontinenti appositum in contractibus stricti iuris actionem saltem praescriptis verbis pariant l. si gratuitam 17. §. 1. l. ul. et passim ff. prae

scriptis

praescriptis verbis. Hoc tamen cessat in praefata conuentione propter usuras quae in iure ciuili numquam ex mutuo citra stipulationem peti potuerunt l. Titius 24. mandati, ut latius explicat videndus Antonius Fab. in rationali ad dictam l. rogasti §. 1. vide Valentiam lib. unico epistolicarum exhercitationum epistola 3. exhercitatione 4. nu. 16. cum sequenti.

56 Ex hoc principio infertur 1. intelligentia adlectum in l. singularia 15. h. t. l. qui negotia 34. vers. item qd. ff. mandati. Ubi contra regulas mutui, in quo de meo tuum fieri debet, receptum testatur Ulpianus qd. si debitorem meum iussero pecuniam tibi mutuam dare, obligaris mihi ex mutuo, quamuis meos numos non acceperis. Hoc enim refertur ad rei veritatem, quia numi non quam fuerunt mei sed tantum mihi debiti erant; attamen si adfictionem, et iuris intellectum respiciamus perinde est ac si mihi dati, et adquisiti fuerint, et postea a me adte profecti. Ut idem Ulpianus in fine lex animaduertit. Propter usum comertij, et negotiorum facilitatem celeritate coniungendarum inter se actionum una ocdeltate actio, quid enim impedit perinde haberi ac si breui manu mihi fuissent numi traditi, cum nihil repugnet, imo inpeccili omnino sit ad hoc ut debitor numos mihi tradat, nisi mera iuris subtilitas? Quid autem prodest propter meram subtilitatem comertium retardari? Quando super uacuum circuitum vitare docemur ex l. dominus 53 de condictione indebiti. Ne igitur ipso iure quo expediri deberet impliceretur comertium: singulari iure receptum est ut fictione quadam breuis manus intelligatur pecunia mihi tradita ad quam mea facta ad te profiscisatur. Argumentum legis 3. §. sed si debitorem de donationibus inter l. qui id qd. 33 §. vl. de donationibus l. licet 43. §. 1. de iure dotium. Explicant comuniter doctores in d. l. singularia Morla in emporio tit. 8. questione 6. Rich. in principio institutionum quibus modis re contrahitur obligatio anu. 95. Videndus Vlo illustrium 1. tractatu 2. cap. 14. a principio.

B. Mart.

57 Pergit Vlpianus in d. l. singularia, et concipere explanationem dispositione infert: qd. ss pit. duobus personis recipitur, hoc, et in eadem persona recipiendum e. Vt ~~cum~~ cum ex causa mandati pecuniam mihi debeas, et conuenerit ut credito nomine eam retineas, videatur mihi data pecunia, et a me ad te profecta. Non intendit producere ad consequentias id qd. singulari iure receptum e. circa pecuniam creditam, hoc enim esset contra legem qd vero 14 de legib. Sed tantummodo singulari illo iure recepto comprehensum esse hunc secundum casum demonstrat, etenim singularitas istius iuris solum consistit in omissione actionis propter publicam commertionem utilitatem qd necesse in una, aut personis hoc admittatur nihil addit singulare.

58 Sed obstat obscurus textus in l. qui negotia 34 in prin. ff mandati. Tamen e contrarietas ut Cuiacius, et Antonius Fab. expresse ad qu. implacabilem dissentionem inter Vlpianum, et Africanum agnoscant. Pluribus tamen omissis solutionibus de quibus Viglius in d. l. singularia nu. 46. Morla d. q. 6. per totam Dich. ubi sup nu. 101. ubi plura, et plures referunt. Ego Vt iuris magistros componam animaduerto in d. l. qui negotia. conuentionem illam fuisse factam inter absentes. Vt probatur ibi: Epistolam ad eum emisit. Est enim epistola nuntius tacens ad absentes sectiones faciendas ut constat ex Cicerone in quadam epistola ad curionem. Lipsio in sua epistolica exhortitatione Antonio Fab. cum Cuiacio, et epicteto in rationali ad legem 4. pro Iosio. Nec recte faciet qui dicat in d. l. 34. epistolam ~~mo~~ accipi pro cautione seu probatione rei inter praesentes gestae Vt in l. Titius 34. de pignoraticia actione l. Titius 24. l. vlt. de constituta pecunia l. vlt. de institoria actione, iuncta Dalentia illustrium 2. tractatu 3. cap. 3. nu. 4. ubi alios refert quibus adde Duarenum lib. 1. disputationum cap. 43. Panzirola in thesauro variarum lib. 2. cap 29. qd. et nos explicuimus in tractatu de pactis cap. articu-

Co

lo nu. 16. quoniã manifeste reiiciunt huiusmodi acceptione eiusdẽ lex. verba ibi: epistolã ad eũ emisit, quae significaret &c. q. non cavit, sed significavit, idẽ, consensũ, et voluntatẽ explicuit admutuũ accipiendã pecuniã.

Deinde animadverto pe-
59 cuniã de qua in d. l. 34. procuratori adquisitã fuisse et non domino principali. Ut bene scripsit Morlá d. q. 6. nu. 8. Quo loci recte notat id evenisse, quia scilicet procurator exegit à debitoribus pecuniam non domini nomine, quo casu domino adquisita fuisset l. 1. C. per quas personas §. ex his institutionũ eodẽ tit. l. 1. C. de adquirenda possessione. Sed suo proprio nomine exegit, quo casu sibi, et non domino principali adquisivit. quovisque domino tradat. argo. legis 1. §. hae quae desertus. de adquirenda possessione l. penultima C. si quis alteri vel sibi l. res 49. de adquirendo rerũ dominio. Qd. evenisse in d. l. 34. Adque ita nummos proprios fuisse procuratoris, et non domini factos probatur ex eodẽ lex. inverb. nec huic. Ubi aspicimus redens rationẽ diff. inter primũ, et secundũ casũ, asserit in secundo casu ideo pecuniã fieri creditã, qa., ut inquid nummi qui mei erant tui fiunt. Satis abunde qz declarans in primo casu nummos non fuisse factos domini principalis, alias nummique ex regulis iuris credita fierent pecunia exacta a procuratore, nec esset nec de contentio illa, quã aspicimus nedũ appellare non dubitat, etenim iuxta iuris regulas si nummi proprij fuissent domini principalij, accedente voluntate absque ulteriori traditione potuissent in mutuũ dari ~~d. l. 34.~~ eadẽ l. 34. vers. nec huic iuncto d. vers. sequenti l. certi q. §. vel. de rebus ore dictis argo. lex. inq. inter duũ institutionũ de rerũ adiuitione l. sive q. §. 1. de publiciana l. absenti 10. de donationibus. Unde cordate notat Pich. ubi sup. nu. 11. pecuniã in 2. casu d. legis singularis non fuisse propriã domini principalis, sed tantũ ipsi debitam.

qd. probat idē tex verbo debeas, iuxta §. sic itaq. ff. dis orditis institutionū de actionib. Probat insuper spich. ex eo qd. si in d. l. singularia pecunia propria domini fuisset, neutiquā necesse esset recurrere ad singulare ius prout ibi facit ut pianus, quoniā iuxta regulas iuris pecunia fieret credita ut diximus.

60 Quib. praelibatis iā non contraria, sed diversa apparet decisio d. legis qui negotia. Cuius quidē primus casus non continet mutuū, qa conventio illa fuit inter absentes facta, inter quos non potest habere locū fictio brevis manus: Ut in terminis d. legis singularia contra Bartolū tenuit Gr. illustriū l. tractatu 2. cap. 14. nu. 2. per textū in l. 1. §. si iusserim 27. de adquirenda possessione l. falsus 43. §. si is qui de furtis argo tex. in l. eius rei 46. cū l. sequenti de rei vindicatione l. qui decem 72. §. idē respondit ibi: non enim obtulisse eū propter absentiā intelligi potest ff. de solutionib. debet namq. esse fictio de re posibili, nec alit. inducit quā si per naturā, et ius id fieri posit, qd. per fictionē fieri intelligit. l. confectionibus 13. in princ. iuncta l. q sequenti §. ult. de interrogatorijs in iure faciendis l. filio 23. de liberis, et posthumis l. ult. C. de sententiā passis §. minorē institutionū de adoptionib. Late idē Vr. d. cap. 14. nu. 1., et eodē lib. 1. illustriū tractatu 3. cap. 1. nu. 2. inter absentes autē naturalit. ē impossibile fieri traditionē. idcirco non habet inter eos locū fictio brevis manus neq. facilitatē expediende actiones occultate suponit, sicuti longa manu facta traditio l. qd. meo 18. §. 2. de adquirenda possessione l. pecuniam 79. de solutionib. iuncto Donelo lib. 5. com. cap. 9. Cū igit. in d. l. singularia. Non dicat ut pianus absentes fuisse contrahentes, quo casu africanū constat fuisse locutū in d. l. 34. in princ. relinquit. ex inde ita accipiendū esse ut pianū facto tenius legis ex alia lege interpretatione

ut et inter presentes locutum fuisse appareat; quemodo diximus posse fixione brevis manus intervenire.

61 Nec huiusmodi interpretatio desiderat presentiam pecuniae in casu d. legis singularia ad hoc ut mutuum contrahatur, quam quidem presentiam multum probabiliter requirit communis opinio di. Richardo credimus in d. ... nu. 103. quoniam potest dici presentiam pecuniae non esse necessariam; sed tamen oportere ut partes sint presentes. in mutuo speciale esse videtur ut pecunia non requiratur presens ad hoc ut intelligatur tradita, quia videlicet mutuum consistit in his rebus que functionem recipiunt in suo genere, ac proinde non minus absentes quam presentes ut subsistit rationabiliter. Antonius Fab. in rationali ad dictam legem singularia ubi non corpora ad quae refertur presentia sed quantitas attenditur. Cui idem hoc idem non improbabiliter deduci ex d. l. singularia d. l. 34. vers. item quod. ubi singulare ius non dicitur ut cunque receptum, sed circa pecuniam creditam. Quod autem singulariter receptum est, ut scilicet presens res intelligatur tradita in casu legis 1. § si tutorem legis 18. § 2. de adquirenda possessione et similibus. Non circa pecuniam creditam, sed generaliter est receptum. Unde ut aliquid circa pecuniam creditam singulare receptum esse dicatur, necesse visum est dicere in mutuo presentiam pecuniae non esse necessariam ad hoc ut intelligatur tradita pecunia: quod et probat etiam Viglius in d. l. singularia nu. 16. ubi contrarium perplexum in praxi asserit. Sed quamvis hoc ita esse dicamus; nihilominus iuxta regulas cogimur presentiam contrahentium requirere. Cum enim ubi presentes sint partes pecunia uni tradita facile potest alteri tradi idcirco celeritatis predictione ulterius una actio, per et singulari iure recipitur perinde esse ac si alteri tradita fuisset pecunia, que ut traderetur. nihil impedit

impedimento erat. At quotiens inter absentes hoc agitur cessat prorsus hæc facilitas, et multa accidere possunt propter quæ pecunia non tradatur. Et non est extendendum singulare illud ius ad absentes, prout recte respondet Africanus in d. l. 34.

62 Inexplicabiliter tamen pugnare videtur Ulpianus in l. certi 9. §. si nummos 8. ubi si quis suos nummos mutuos alteri dederit absenti, et ignoranti nomine condictio ex mutuo adquirit absenti, quod certe absque fictione brevis manus non videtur posse fieri; et tamen non inter præsentes sed inter absentes proponit negotium contractum, prout etiam in l. 4. C. si certum petatur.

63 Respondetur tamen quod quando iubeo debitorem meum mutuam pecuniam tibi dare, vel quando quis meo nomine suam pecuniam tibi mutuam dat, persona dantis supplet meam absentiam, quia facile intelligitur iuris interpretatione se constituisse meo nomine possidere pecuniam, quod si revera fieret, procul dubio mihi pecunia adquireretur. l. quod mulier 77. de rei vindicatione l. quod meo 17. de adquirenda possessione quibus adde omnino videndum Osualdum ad Donellum lib. 5. com. cap. 10. in notatis litera A. prope finem. Quamvis igitur regulariter nequeat fingi mihi absenti pecunia tradita fictione brevis manus, hoc tamen in casu intelligitur mihi quodammodo tradita adque iuris interpretatione prius mihi postmodum vero tibi ex mutuo adquisita, supplet enim dantis præsentia absentiam meam et perinde est acsi præsens essem quia meus intelligitur procurator quodammodo factus. Non quod fingatur pecuniam fuisse traditam absenti, quod est impossibile, sed quod intelligatur tradentem meo nomine se constituisse possidere pro me, quod licet revera ita non fuerit, impossibile tamen non est.

64 Atque quando me absente per epistolam rogas ut dem tibi mutuam pecuniam quam ipse mihi debes: tua persona non potest supplere

ptere absentiā meā ad huiusmodi effectū, qui non facile intelligit se constituisse meo nomine possidere pecuniā accipientis tradens, est ergo ratio diffe. inter istos casus, qui in duobus supra positis pecuniā tradens ipsā sibi retinere non cogitat sed nomine meo alteri tradit, quam propter facile intelligi potest se constituisse meo nomine possidere pecuniā tempore immediato ad traditionem. Unde locus fiet fictione brevis manus, ac perinde erit ac si mihi fuisset pecunia tradita, et acquisita, postea ipsi a me addita profecta, fuit ut diximus iuris interpretatione quasi tradens se constituisse possidere nomine meo, quod facilimo ne potio in eo intelligit. qui pecuniā alteri tradit ut mihi actio adquiratur.

65 Ceterū in ultimo casu, quē tractat Africanus in d. l. 34. in prio. procurator vel debitor cogitabat sibi pecuniā retinere, nec poterit facile intelligi se constituere nomine sui principalis vel creditoris possidere pecuniā quā sibi retinere possidere volebat argo. tex. in d. § id meo 17 ibi: sed desino possidere cons. de adquirenda possessione. Unde cessare debuit fictio brevis manus cū res inter absentes sit gesta, nec suppleat. absentia per presentiā ipsius debitoris, qui non intelligit se constituisse meo nomine possidere pecuniā ut diximus. Cū ergo Africanus in d. l. 34. in prio. difficilius vidisset, propter hanc nuper traditā rationē diffe. in suo casu mutuū contrahi, quā in capitibus d. legis q. § si nummos d. legis singularia. Noluit ius singulare in illis receptū ad casū quē tractabat extendere nec enim potuit nec debuit iuris religiosissimus IC. singulare ius producere ad consequentias l. quod vero. 14. ff. de legibus.

66 Ex hac d. legis 14. regula intelligendus etiā venit Africanus in eadē quinta 34. vers. his argumentū. Quod loci cū quis mutuā pecuniā alteri dederat, argentū vendendū dedit. § quaerit. an pecunia ex argento redacta

redacta fiat credita nec ne? Cui dubitationi nega
tive respondet Africanus; cui tamen contrarius Ulpia
nus videatur tenere in l. rogasti 11. ht. Plures tra
dunt doctores solutiones. Ut Donelus in d. l. 11. et
in l. si promittens ff. C. si certu petatur ubi Gilque
nius anu. 2. Duarenus ad hunc t. cap. 2. §. 6.
secto admittat Morla in emporio tit. 8. q. 6. nu.
10. Geneo legum conciliatoru pagina mihi 179. in
dictis iuribus qui alios refert. Sed placet qd
in d. l. rogasti accipiens argentu quasi nullu offi
tiu proxenetae praestans d. ut. de proxeneti argen
tu vendidit nomine domini tradentis. Unde pecu
nia redacta domino argenti fuit prius adquisi
ta quam ipsi ut credita adquireretur, quod recte
fieri potuit iuxta regulas quia proprij facti fue
runt nummi argentu dantis. Supra dictu l. quinque
quatuor vers. nec huic. Non idem iurise in exemplo le
gis vers. his argumentu, quia ibi accipiens ar
gentu suo nomine vendidit, ac per consequens
sibi, et non domino argenti pecunia redacta
quaesivit. Ita Morla ubi sup. Placuit quoque antea
Ioanni roberto lib. 2. sententiaru cap. 9. vers. qua
ratione. Nec omnino displicuit Geneo ubi sup.
nu. 18. et confirmat. ex l. rogasti 20. de praescrip
tis verbis ubi eandem speciem declarans Ulpianus
auctor d. legis rogasti 11. ht. affirmat actionem praescrip
tis verbis in eo casu dandam esse si vendito argen
to pecuniam non accepisti mutuam idem non accepis
ti meo nomine sed tuo ut interpretatur sup. lauda
tus Morla nec tamen haec solutio sufficiens erit, nisi
admittas singulare ius, de quo in casibus d. legis
singularia. iuxta supra dicta re captu fuisse
videtur conventio versari circa pecuniam credita
quae accipit ut credita, ideo quod non esse atten
dendum ad casu suo argentu vel speciei datae ad
vendendum; quamvis fortasse eadem videatur ratio
militare, propter d. legem 14. de legib. quod qui
suo nomine vendit argentu, pecuniam quidem

accipit; adeo ut debitũ sibi ex credito accipit,
non vero ut creditũ, singulare accepta in sp̃tione
ẽ receptũ cũ accipit pecunia ut credita d. l.
singularia ibi: in capecunijs creditũ.

67 2. ex eodẽ prio. infertr.
q d. licet regulariter in mutuo debeat interue
nire traditio; aliquando tamen intelligitur
facta traditio, quoties possibiliter res quę mutuo
dare., id ẽ in potestate, et sub custodia accipien
tis ut in l. certi q. § vlt. cũ l. sequenti hoc tit. l. qui
negotia 34. vers. nec huic ff. mandati arg.
legis 10. de donationibus. legis 6. c. eodẽ legis 62.
de euictionibus. cũ enim finis traditionis, quę in
impositione, et custodia consistit, id obtineatur
d. l. q. § vlt. perinde ẽ ac si facta fuerit exterior
traditio. Conueniunt tradita communiter ad §. inter
dũ de rerũ diuisione.

68 3. ex eodẽ prio. deducit.
intelectus ad textũ in l. Gravius Antoninus 71.
in prio. de fide iussoribus l. si non singuli q. c. si cer
tũ petatur: quibus probatur ex mutuo posse consti
tui duos reos debendi; et tamen quandoquidem mu
tuo data non potest insolidũ singulis eorũ dari
et adquiri. Nã respondetur. tunc ex mutuo fieri
duos reos, qdo. actũ ẽ singulos in solidũ obliga
ri reos ipsos effici debendi d. l. q. l. 4. c. de duobus reis.
qd. quidẽ textus lib. loquentes non ẽ ipse dixit ter
minos dationes, q̃ quamuis uni vel singulis
per partes tradita sit pecunia, isti tamen suo,
et aliorũ nomine recipiunt pecuniã, perinde
q. ẽ ac si quantitas in solidũ ad quemlibet per
uenisset, non q d. plures eodẽ tempore eius dẽ
rei domini sint in solidũ contra legẽ in l. si ut cer
tũ quiredẽ q. vlt. commodati, sed q d. diuersis tẽ
poribus singuli intelligantur facti domini, ex e
nim fictione breuis manus (de quo sup.) intel
ligit. tota pecunia prius numerata iis qui non
receperunt, et hoc suo ordine in solidum.

postea vero ab his in accipientem pervenisse, ut ex Ulpiano Donellus, ex Lucretias ind. 15. c. incertum fratres. Valentia illustrium 1. tractatu 4. cap. 1. num. 4. cum sequentibus.

69 4. ex eodem principio infertur, quod cum quis pecuniam mutuam tradens non potest dominium pecuniae transferre in accipientem, vel quia aliena sit, vel quia ipse alienandi potestatem non habeat: certo certius est mutuum non contrahi l. si furioso 12. cum lege sequenti l. si sorius 16. cum sequenti l. non omnis 19. §. 1. hoc tit. dubium tamen est an aliquando mutuum in his casibus reconsiliari, nec ne? Et quidem communiter sentiunt doctores in praefatis casibus mutuum convalescere per consumptionem pecuniae, quod probant ex proxime laudatis iuribus, praecertim ex d. l. 19. §. 1. hoc tit. ibi: consumpta pecunia condictionem habet vel liberatur: non alia ratione quam quod facto eius intelligitur ad eum, qui acceperit pervenisse. quibus probari videtur condictionem istam oriri ex numeratione, suffragatur. ex lex si quis 96. §. 2. vers. quid si. de fide iussoribus. Nec potest dici condictionem istam oriri ex bono, et aequo, nam expresse videntur affirmare praefata iura quod ex numeratione oriatur, numeratio autem mutuum redolet l. labeo 19. de verb. sig. Neque esset necesse ad numerationem recurrere si aequitate oriretur condictio.

70 Deinde probatur communis haec sententia ex l. quod 19. in fi. ff. de rebus dubiis. quo loci Marcianus asserit consumta pecunia ex post facto apparere mutuum ab initio. Huius argumentum esse potest usucapio, quae sine dote, et donationem rei alienae convalescere facit lege proculus 67. de iure dotium iuncto tit. pro dote l. si alienam 13. de donationibus causa mortis. Ita mutuum rei alienae confirmatur. Ut sentiunt communiter doctores. quod idem erit dicendum de consumptione, quae etiam videtur modus ad

adquirendi l. si alieni 8. de solutionibus. cum
uis enim aliquis possit considerari differ. inter
consumptionem et usucapionem, in quam requisitus
titulus influit, ea tamen non obstante idem
iuris esse videtur quoniam numeratio causam praebet
consumptioni, supponimus namque consumptionem bo-
na fide factam, alias enim dominus pecuniae credi-
te ipsam vindicaret, et si consumptam l. rogasti 11. §.
ult. l. 13. tit. idcirco dicimus numerationem causam
dedisse consumptioni, quam forte accipiens non fecisset
nisi bona fide existimaret sibi creditam fuisse pecu-
niam. quod et videntur velle d. lex 19. §. 1. tit. d. lex
56. ff. de fide iussoribus. His fundamentis defendi
potest communis sententia quam etiam tenent Du-
arenus ad hunc tit. cap. 2. Cuiacius lib. 19. quae-
stionum Pauli in d. l. 56. § 2. de fide iussoribus, et
lib. 8. quaestionum papiniani in l. pater filio 31. de
iure dotium Vuesenbecius in paratitlis ad hunc
tit. nu. 12. Antonius fab. in rationalibus ad
dictam l. 12. cum sequentibus tit. Conanus lib. 7.
com. cap. 1 nu. 15. Petrus Gregorius lib. 22. sin-
tagmatum cap. 1 nu. 12. Boisonius lib. 1. de solu-
tionibus pagina mihi 187.

71 Contrariam tamen senten-
tiam tenuerunt Pich. in d. prin. institutionum quibus
modis re contrahitur obligatio nu. 133 ~~[illegible]~~
Moria in comporio tit. ff. in propositis nu. 19. cum se-
quentibus. Nam actus consumptionis nequit facere
ut pecunia aliena per sine facto domini alteri
adquiratur l. id quod nostrum 11. de regulis iuris
praesertim cum consumptio, quae res proditur esse de-
finit, potius sit modus amittendi quam adqui-
rendi dominium, nec enim introducta ad dimi-
nutionem poterit augmentum operari argumento legis
legata inutiliter 14. de adimendis legatis. De-
inde pecuniae consumptioni talem effectum conceda-
mus, numquam tamen efficiet consumptio ut tra-
dens pecuniam alienam ipsius fiat dominus, ideoque

semper deficiet alterum extremum ad mutuum contrahendum quod requirit dominium transferentis l. 2. § appellata ff. ..

72 His adstipulatur tex. in l. si quis 56 § 2 de fideiussoribus ibi: in omnem enim causam acceptum videtur, quae ex enumeratione nasci potuit, quibus probat JC. quod licet mutuum non fuerit contractum; alia tamen causa contracta est ex qua condictio competit: quae non ex mutuo at subtilit. expendit Morla. Denique pro hac parte vehe inducit. lex quod te 15. de rebus dubijs. ibi: quid ergo si consumpta fuerit pecunia? utique idem erit ex eventu dicendum. Ubi Martianus noluit ex consumptione revalidari mutuum cum ex eventu pendere dicat, et consumptionem supponat. Igitur non ex consumptione quae certa supponitur, sed aliunde ex incerto scilicet eventu, de quo antea consultus, valor mutui sperandus est, videlicet ex repudiatione legatarij. Neque poterit Martianus dicere ~~consumptionem~~ consumptionem efficere quod ab initio dationis pecunia legata intelligeretur heredis, neque nisi casu quo legatarius repudiet, quod evenire posse supponit tractat autem de his in quibus res dubia ex post facto retro ducitur, et certa ab initio apparet. Id circo non consumptioni sed eventui tribuit jure dispositionem adhuc adeo pecunia consumpta est, quo in casu idem iuris esse constituit quod antea in versu tantundem constituerat, ubi non erat pecunia consumpta. Atqui non consumptam pecuniam solutam facit creditum repudiante legatario. Igitur idem erit dicendum si fuerit consumpta, adeo ut proinde consumptio creditum non faciat pecuniam, alioquin frustra eventum expectaret Martianus ut creditum faceret, si utique ex sola consumptione fieri credita voluisset.

73 Insuper adde quod licet consumptio supplere videatur translationem pecuniae,

ne quid tamen supplere consensu furiosi in d. l. 12.
h. t. argo. legis qui ab certu 14. locati. Igit. in
eo textu consumptio non e sufficiens ad reuali-
dandu mutuu, quonia enim modo intelligetur
mutuu a furioso contractu absq. eo, qd. intelli-
gat. consensisse; qd. e impossibile. At non minus
necessariu e in mutuo dominiu in dante quam
consensus ad contrahendu. Igit. sicuti ex defectu
consensus per consumptione nequid reualidari:
ita neque ex defectu dominij in dante, cu nequeat
facere consumptio alienam pecunia retro fuisse
mutuo ipsius dantis, sicuti nec facere potest ut fu-
riosus intelligat. consensisse.

74 In hac quaestione nega-
ri non potest comune sententia tot patru aucto-
ritate suffulta validissima in iure nostro ha-
bere fundamentu, facile qq. si opportuerit posse
defendi, quamuis enim contineant contraria ar-
gumenta mutuu directe non ~~ea~~ ~~[illegible]~~ reconsi-
liari per consumptione; vtilit. tamen confirma-
ri, et actione vtilem ex mutuo competere
iuxta Vuesenbecium dicto nu. 12 Lucinia lib. 5. ob-
seruationu cap. 29. argo legis 4. c. si certu peta-
tur. Multu probabilit. dicit. qd. et explicuit
eleganter Anto. Fab. in rationali ad dict. l.
12. infi. h. t. vbi recte ratiocinat. qd. licet con-
sumptio potius sit amissio quam dominij adqui-
sitio, neque ~~ne~~ retro domino faciat dante; effe-
ctu tamen inspecto perinde e ac si omnia ista con-
currerent. Ecce enim omne vtilitate pecuniae
habet qui ea consumpsit, quid autem amplius habe-
ret si ab initio pecunia in ipsu translata fuisset?
Dicamus igit. consumptione mediante perinde esse
ac si quis pecunia sua numerasset, ad qd. ita eode
in iure certi ~~ut~~ cu nemo dicere valeat pecunia
sua esse, quae iam consumpta e.

75 Sed quamuis comuni
sententiae hanc probabilitate concedamus, proba-
liore

babiliorē tamen iudicamus sententiā Picharoi, et
Morla ex sup. adductis. Nec pro contrariū faciunt
supra allata argumenta, q. priorē primū respon
det. qd. condictio in casu presentis quæstionis
solū orit. ex consumptione iuxta equitatē quæ
fons ē totius obligationis iuris gentiū l. sicut
95. §. naturalis de solutionibus numeratio aut
ē non ē causa condictionis sed ocasio, ideoq.
in d. l. 19. §. 1. et d. l. 56. §. 2. recurrit ad numera
tionē tanquā ad ocasionē sine qua non esset locus
equitati ex qua condictio competit. Unde non in
fert ad mutuū; imo pro alia causa præter mutuū
supponit in d. § 2. ex qua obligatio nascatur. Ut
cū Morla supra expendimus. nec enim omnis
numeratio mutuū facit sed ea tantū qd. iuxta
regulas mutui fuit facta, quod certo certius ē
defuisse in casu presentis quæstionis. Ad tex. in
d. l. quæ dē de rebus dubijs satis respondē et
inter fundamenta nostræ sententiæ ubi text.
illū contra comunē declaratū in allegauimus.

76 Ad argumentū qd. fit
de usucapione ad consumptionē respondet. negandō qd.
per usucapionē confirmet mutuū; quamuis enim
accipiens mutuus alienos + adquirat per usu + num
capionē quos per mutuū adquirere non potuit,
semper tamen deficit aliud extremū requisi
tū in mutuo, videlicet ut de meo tuū fiat qd.
nunquā supplet usucapio. Unde idē iuris esse
in usucapione ac in consumptione ab identitate
rationis probat contra Petrū Gregoriū Decrenū
et alios comunit. doctores. Nec quidquā obstat
qd. usucapio confirmet donationē vel dotē rei
alienæ, nā licet hoc posse merito dubitari ex
traditis a Menchaca lib. 2. controversiarū cap.
89. nu. 61. maxima inter hæc et mutuū videtur
ex parte differentia, nā donans rē alienā (idē in
dote) quamuis rei donationē non faciat, pos
sessionis tamen quæ sua ē, et usucapiendi condi

tionis

ris, quā transfert, donatione, et liberalitatem
facit Ovaltius ad Donellū lib. 14. com. cap. 31.
litera C. arg. legis indebiti 15. vers. sed et si de
condictioni indebiti unde pariter dicta lex similis
ut 13. de mortis causa donationibus. Valida igi-
tur in ipsis donatio non mirū si usucapione postea
secuta perficiatur et confirmetur quoad rē ipsā, quia
usucapio tamquā necessaria consequentia subsequi-
tur ad donationē praecedentē, ex qua usucapiendi
transfert conditio. At mutuū nequid consistere in
hac specie ratione aut usucapiendi conditione, in quibus
donationē diximus constitisse, solū nummorum donat-
ionē circa res in quantitate consistentes, id circo nun-
quā initiatur mutuū numquā perficitur nec confirma-
tur per usucapionē, quae non sequitur ad mutuū quod
nullū ē, sed ad titulū pro suo arg. legis pro solu-
29. de iure dotiū.

76 Eadē ratione non obstat quod consumptio confirmet
solutionē alieni nummi per eum solutā l. Cassius 17. l. si
alieni 78. l. si is qui 94. §. 2. de solutionibus. Nā
respondetur quod liberatio non desiderat pro effectu
dominiū rei solutae in debitore, sed solū expostulat pos-
sessionē rei debitae ita ut auocari nequeat a creditore
l. sive 20. l. si hominē 69. l. qui res 97. de solu-
tionibus. Unde quando re aliena soluta non contin-
git liberatio, hoc non fit quia aliena res sit, sed
quia auocari potest a domino. Unde, et si aliena
erat, et non debitoris fuerit, valida tamen erit
solutio quotiens creditori auocari non potest l.
solutione 23. l. soluere 98. de solutionibus. Qui-
bus probatur posse aliū soluere nomine alterius
inuiti, et ignorantis. Hinc consumptio ibi operatur
in solutione, quasi soluat ipse pro debitore, ad effec-
tū mutui quod necessario requirit dominiū in dante.

77 Praeterea si consumptio contra-
ctio liberationē pariat: non infertur quod mutuū
confirmet, sed solū quod consumentē obliget,
quod autē haec obligatio ex mutuo sit, in danon

probat., cum nequeat efficere consumptio alienos
nummos proprios fuisse tradentis, quod necessarium erat
ad hoc ut mutuum confirmaret, ut diximus. Quem-
admodum in solutione, quam si verum amamus consump-
tio non confirmat, quia numquam facit alienos nummos
solventis ne creditoris accipientis fuisse; bene ta-
men liberationem causat ex aequo, et bono, non
tam confirmans solutionis quam vice solutionis
liberans, quia nihil amplius consequeretur credi-
tor si nummi non fuissent alieni, quam consequitur
consumptione omnem nummorum utilitatem sibi percipi-
endo. Sicuti quod in solutione non oritur obligatio
ex solutione confirmata sed ex aequi-
tatis ratione d. legis 17 de solutionibus. Ita pa-
rit. et in mutuo non nascitur obligatio, et actio
ex mutuo confirmato, sed ex bono, et aequo.
Quod non impugnat etiam
79 lex pater 31. de iure dotium. Quo loci ad hoc ut
dos fiat profecticia sufficit quidem patrem condictionem
quam diximus, ex bono, et aequo teneri l. 5. de iure
dotium Pich. et Morla ubi supra qui iuxta haec omnia
recte tenent in d. l. 12. §1. cum similibus condictio-
nem ex consumptione dari; illam tamen non esse con-
dictionem ex mutuo sed condictionem sine causa ex
aequo, et bono ortam, de qua in l. 1. et toto tit. de
condictione sine causa et hoc tantum evincit sup-
tradita fabri interpositio pro communi sententia.
80 Nec movet argumentum
Vaesenbequi, et Cuiacij ex d. l. 4. tit. quia ibi mu-
tuum vere contrahitur, quamvis enim dominus pecu-
niae reprobaverit nomen debitoris, hoc tamen
non fuit ratum non habere mutuum suo nomine
datum, sed mutuum quidem ratum habendo dicere
debitorem illum idoneum sibi non videri, et se talem
debitorem sequi nolle. Ut interpretatur ibidem Done-
lus nu. 14. quod si dominus mutuum reprobasset in
specie d. legis 4. actio quidem utilis ei qui pecuniam
tradidit competeret; non tamen ex mutuo, quod

nullū contraheretur, sed negotiorū gestorū ut explicat Donelus ibidē nu. 16. in fine.

81 Verū contra equitatē videtur esse ut potius mutuū danti detur condictio in specie cum hic ubi sit tractata, quā memorie domino, cui ex quius esse videtur dandā esse condictionē ex consumptione, si enim actio adquiritur ei cuius interest l. 3. §. 1 de verb. obli. cuius magis interesse videtur quā domini? qui nummos amisit consumptione. igit. ei danda erit condictio praesertim in casu d. legis nā et si furtū lit. cui furti condictio ex consumptione competit, cū tenenneno ex sua improbitate consequente actionē l. itaque 12. §. 1. de furtis.

82 Respondetur tamen qd regulariter domino pecunie consumpte non datur actio contra consumentē bona fide. Quotiens mala fide pecunia consumpta ē, dominus pecunie ad exhibendū agit, et vindicat a consumente d. l. si rogasti §. ult. h. t. qa. perinde ē ac si extaret pecunia ex quo dolose desijt possideri l. qui dolo 174. de regulis iuris cū similibus. idē iuris ē adversus mutuantē, si dolo desijt possidere pecuniā cū mutuā daret. qd si bona fide cui inscius fuerit data, et consumpta pecunia, regulariter dominus nullā habet actionē contra consumentē, non realē qa res non extat, non personalē qa nullū negotiū cum eo contraxit, omnis igit. via ad actionē praecluditur iuri civili §. omniū in institutionū de actionibus. Neque supradicta condictio quae in subsidiū iure gentiū ex equo, et bono competit iuxta sup. adducta, et lege si a me 32. h. t. l. perpetuo 6. de condictione ob turpē causam l. verū quidē 23. ff. verū ante tamē prius domino quā mutuanti danda ē, quoniā utriusque iactura possit fieri locupletior consumptor pecunie, non tamen utriusq. facto sed tantū facto mutuantis pecunia intelligitur pervenisse ad consumentē. Unde interesse domini praeferri non debet, vel

enim mutuans mutuus fuit pecuniam ex causa ne-
cessaria vel ex causa lucrativa, primo casu iniquum
esse videtur propter tertii domino mutuanti, cuius periculo
iactura interveniret cum facto proprio quo pecuniam
pecuniae fecit ad consumentem, cui si non tradidisset
pecuniam, ipse forte in propriam utilitatem consumpsisset
et quidem cum pecuniam occasione, et causa ipsius id
sit consumpta, perinde esse debet ac si ipse consum-
psisset, quia in specie dominus pecuniae nullam habe-
ret actionem adversus ipsum neutiquam locupletiorem
factum per consumptionem cum ex titulo oneroso pecuniam
haberet ut supponimus. 83

Quod si ex causa lucrativa
mutuans pecuniam fuerit mutuus, ratione eiusdem
equitatis ratio suadere videtur ne sine actione
dominus relinquatur. arg. tex. in l. in rem 23. §.
item quecumque ff. de rei vindicatione bonus tex. in l.
si et 23. h.t. e contra non erit domino condictio
adversus consumentem nisi quando mutuans solven-
do non fuerit. arg. eorum quae tradit Cretatius
in l. 2. C. si certum petatur. ubi asserit quod domino
pecuniae ab altero alteri mutuo datae, non compe-
tit actio utilis nisi quando mutuans solvendo non est
per textum in l. uxor §§. de donationibus inter vir. ex
ceptis pupillo. mente captis, et militibus, quibus
actio utilis datur sive solvendo sit mutuans, sive
non sit solvendo per legem 2. quando ex facto tuto-
ris ff. lege si pecuniam 26. h.t. ut habebit
ipse mutuans condictionem adversus consumen-
tem ut respondetur in d. l. 13. h.t. cum similibus tenebitur
tamen mutuans domino pecuniae, ne cum ipsius iac-
tura locupletetur. quibus fiet salvo semper equi-
tatis praedicte ratione quod regulariter mutuanti,
et non domino pecuniae adversus consumentem
datur condictio. 84

Idem iuris est, et si mala fide me-
nus vel furatus fuerit pecuniam mutuans d. l. 13. h.t.
nec enim ex eius improbitate, sed ex equitate

actionē mereri habere contra consumentē his qui
propter dolū quo desijt possidere vel furtū commissū
tenetur domino pecuniae satisfacere in simplū vel
quadruplū, alias namque cū ipsius iactura locu-
pletaretur consumtor, quod nec cohonestare potest
improbitas iuris. Nec requiritur ut satisfecisse iā
domino constet ad hoc ut ipse agat, quod forte
alicui videbitur probari in d. l. si his cui 94. §. 2.
in fine de solutionibus. habet enim illatio ibidē
a Papiniano facta subtiliorē sententiā, quam
infert consultus ex casu consumtionis ad casū
quo licet nummi non consumti sint, satisfactū ē
tamen domino nummorū, quē casū perinde
considerat esse ac si nummi fuissent consumti,
quia nullā iā habet dominus actionē ad re-
cuperandos nummos, et hoc pro consumtione
ē, ut ibidē explicat Cuiacius lib. 8. quaestio-
nū Papiniani. Unde interpretabaris dictā l.
12. §. 1. de furtis, quē non negant fieri posse
actionē furtivae rei sibi iterā subreptae, quę
ex equitate predicta competit etiā fieri d. l.
94. §. 2. sed actionē furti negat, quę alias
de ordine et ex improbitate competitura erat.
Apparet igitur alienā
25 pecuniā mutuo datā, et consumtā condici qui-
dē posse, non tamen condictione ex mutuo,
sed condictione sine causa ut diximus. Unde in-
telligendus ē observare specialis tex. in l. si [illegible]
us [illegible] de solutionibus quo loci supponitur consu-
mta pecunia, sic facta interpretatione ex l. ro-
gasti 11. §. ult. h. t. ubi Antonius Fab. in ratio-
nali invitus est. Donellus lib. 16. com. cap. 10. hinc
si nummi fuerint per furtū consumti, furis furtū
consumta condicat. d. l. 13. §. unde h. t. Cuius
duplex ē litera. Accursius, et alij ita legerunt.
et ait condictionē si admonitus alienos nummos
feceris, vel ideo per partē condico quia non dū eram.
Florentinae tamen legitur: si admonitus alienos

numos fuisse ideo per partē condico. Hoc quē refert
Anto. Fab. in rationali ad dictā illā leg: ubi non
merito reprobat primā lecturā gl. iuxta eā dis-
tinguendū sit, ut inquid, an non admonitus
fuerit his, qui mutuā pecuniā accepit ne eā
consumeret, an consumserit non admonitus,
qd ridiculū esse putat. Et quidē ita esset, nisi
ridiculū fuisset intelligere quod praefata gl.
ij lectio talit. distinguere nos cogat. Non requi-
rit admonitionē, sed solū notat duos casus in
quibus condictio per partes competit. Primus ē
qdo admonitus ē accipiens antequā totū fuisset
numi consumtū, et tunc quemadmodum mutuos
numos ignoret esse alienos; si tamen consum-
ta parte perigat accipiens post admonitionē
consumtori factā ob omnes numos condicere: ex-
ceptione repelit. qr. consumta pars numorū
condicit. quae ante praefatā admonitionē consū-
ta erat; reliqua vero pars, et si consumta post
admonitionē vindicat. a domino numorū ut ex-
plicat cornenus d. lib. 7. Cap. 1. nu. 15. et ē ratio
qr. hoc ultima pars dolo desijt possideri. 86
Alter casus ē qdo acci-
piens non admonitus parte tantū consumsit, tunc
vero cū apparent numi alieni condicit partem
ea. hanc solummodo consequiatur consumtā. Ita
qd. non tantū parte consumta, sed etiā totis nu-
mis consumtis, potest ~~fieri~~ competere condictio per
partes. Quod voluit advertere praefata lectura
quae ita salvari potest; licet florentina magis
placeat cū Fabro eminenter vertente, ideo de admo-
nitione locutū fuisse papinianū qr. numquā
in facto quierit. de consumtione nisi prius compe-
rtū fuerit numos alienos fuisse, qd per admo-
nitionē, et denuntiationē alicuius solet evenî-
re. Ad factū igit., et non ad ius pertinet admo-
nitio in utraq. lectione. 87
§. et eodē prio. intelli-
git.

intelliaturr lex si socio 66. lex nam et si 13. §. ult. insti. de. Ubi socius communē pecuniā crediderit non contrahit. mutuū nisi quoad partē suā, q. traditione propriū eo modo partē transfert in accipientē l. nemo 6. ff. pro socio. c. §. 9. et vol. de legatis 1. lex 3. c. de communiū rerū alienatione leec. communi dividundo. consonat lex si vnus §. 7. §. 1. pro socio lex si his 94. §. 1. de solutione huc. explicant. Duarenus ad hunc tit. cap. 2. Cuiacius lib. 22. observationū cap. 27. Antonius Fab. in rationali ad dictā l. 16. ubi idē Cuiacius lib. 33. pauli ad edictū.

48 Sed maximā ingerit difficultatē eadē lex. 16. in princ. quo loci nulla prorsus erit ratio dubitandi si non loquitur Paulus de socio omniū bonorū, de quo accipiunt illū textū Cuiacius, et Antonius Fab. ibidē Duarenus d. cap. 2. At in societate omniū bonorū omnia iubent esse communia l. 1. §. 1. l. 3. §. 1. pro socio l. si societatē 73. eodē. idē §. erit dicendū in princ. dictae legis 16. quamuis IC. propriā pecuniā dicat sociū credidisse, nec enim vere proprie dicitur quae communis esse perhibetur. Deinde in re communi potior ē conditio prohibentis l. Sabinus 28. communi dividundo. Unde nec in communē locū potest socius mortuū inferre invito socio §. a diuisione institutionū de rerū diuisio. nec servitus potest a socio constitui in re communi etiam pro sua parte l. 2. de servitutibus l. vnus 34. rusticorū praediorū et similibus. l. qui. si socius communes nummos invito socio credat neutiquā faciet creditos adhuc pro sua parte.

50 Facile tamen cessat prima difficultas si animaduertas sociū omniū bonorū sibi propriū adquisiverit quidquid post quam tractatus societatē adquirit. Adquisita tempore contractae societatis omniū bonorū omnia fiunt communia d. l. 1. §. 1. pro socio et similibus, ne quidem

iure

vero possit contrahi societatem. Siquidem jure co-
munia non fiunt, sed tantummodo ratione pro-
portio communicantur. l. si quis 74. pro socio
ad diff. socij non videri bonorum d. l. si unus
67. §. 1. pro socio Duarenus, et Antonius Fab. ubi
sup. quod licet aliquando negaverit Cujacius
d. lib. 23. observationum cap. 27. agnovit tamen
postea lib. 6. qq. Pauli ad d. l. 16. tit.
D.a difficultas procul dubio evanescit si in-
telligatur diff. quae extat inter alias res, et pecu-
niam, in qua non tam corpora spectantur quam quanti-
tas l. 1. §. non solum ad fabricidium l. 1. de contrahen-
da emptione d. l. si his 94. §. 1. de solutionibus. Unde
nummi non dividuntur per corpora, sed per numerum
qui unicus modus est dividendae quantitatis, ut ex de
l. cum stipul. 29. vers. sed in nummis de solutionibus. earum
namque rerum quae corrumpuntur per divisionem corpo-
ralem, numquam fit divisio per singula corpora, sed
per numerum l. usufructuarium 67. §. 1. de usufructu.
Qua propter d. lex sabinus cum alijs non habet locum
in nummis communibus, et hoc obtinet facilem modum
divisionis. Anto. Fab. in rationalibus ad dictam l. 13. §.
ult. et d. l. 16. Cujacius lib. 8. quaestionum Papinia-
ni in d. l. 94. §. 1. de solutionibus Connanus lib. 7.
com. cap. 1. nu. 6. 90

6. Ex eodem princ. intelligit.
lex in contractibus 14. C. de non numerata pecunia
§. unico institutionum de literarum obligationibus.
Quibus profatur conditionem ex mutuo competere,
etsi pecunia non sit tradita, si tamen literis in-
tercedant quibus fateatur quis mutuam pecuniam
accepisse, est namque hoc in casu contractum mutuum
civile (de quo postea in divisione) sive praesumptum
Unde licet re vera traditio non interveniat, civi-
liter tamen praesumitur intervenisse quia necessaria
est ad mutuum ut diximus. Ita Pich. in d. princ. institutio-
num quibus modis re contrahitur obligatio nu. 91. et in
d. §. unico nu. 11. Morla in emporio tit. 8. in praemissis

nu. 16. Couarruuias lib. 1. var. cap. 6. nu. 11. Diximus in tractatu de pactis cap. 1. articulo 7. nu. 6.

91 7. Ex eodem principio fit in l. quamuis 2. C. si certum petatur. actionem, quam nactus est Asclepiades ex numeratione pecuniae alienae, non posse ortam ex mutuo, sed ex stipulatione, quam interuenisse constat ex eadem lege. ita Molina vbi sup. nu. 18. Cuiacius, et Donellus in d. l. 2. Obstare tamen videtur lex si pecuniam 26. h. t. lex 2. quando ex facto tutoris lex 2. C. eodem tit. in quibus pupillo, adulto, et militi datur actio casu quo tutor, curator, vel procurator militis eorundem pecuniam suo nomine crediderint, et non pupilli aut aliorum nomine. et tamen non videtur ex stipulatione orta actio illa alias namque etiam competeret domino pecuniae, et adque ita non esset necessaria cessio in d. l. 2.

92 Sed respondetur in dictis iuribus actionem pupillo, et aliis competentem vtilem actionem esse ex stipulatu non ex mutuo, non quia tamen nequeat fieri mutua pecunia a tutore suo nomine credita, cum loco domini sit l. qui fundum 7. §. si tutor ff. pro emptore iuncta gl. cum querit. 16. l. lucius 46. §. tutore de administratione tutorum vbi Cuiacius lib. 9. responsorum pauli. Anto. Fab. in rationali ad dictam l. 16. h. t. et in iurisprudentia tit. 12. principio. 6. illatione 17. videndus etiam ibidem illatione 33. sed quia stipulatio sola, et non mutuum intelligitur contracta l. 6. §. 1. cum l. sequenti de nouationibus. Nec tamen ex inde infertur idem iuris esse inspectis dictis l. 2. C. si certum petatur. nam speciale ius est in pupillo, et aliis supra dictis quod vtilis actio competat ipsis in casu dictorum iurium siue soluendo sint siue non sint soluendo qui eorundem pecuniam crediderunt. Cuiacius in d. l. 2. C. si certum petatur. Ratio autem singularis istius iuris est, quia alias in potestate esset administratorum eorum ius ledere, qui inuitum quodammodo compelluntur alterius administrationem pati. Idcirco dignissime ipsis fuit succurrit. vt elegantissime Fab.

in d. l. 26. 93

Duo adhuc contra istā inter
pretationē obici possunt. Primū ē, nā si mutuū non
consistit in d. l. 2. 6. si certū petat. remanere videt.
stipulatio, de qua ibi, sine causa cū causā mutui, fue
rit inter posita, et d. mutuū esse diximus, qt. non aget
Asclepiades cū effectu, nec poterit cedere actionē ex
stipulatu domino pecuniæ ut efficerit. argt. l. 2. §. cir-
ca. de doli mali exceptione. qd. ē contra lex. ===
2ª deducit. ex l. non omne §. c. si certū petat. Ubi
ad hoc ut mutua fiat pecunia non inspicit. unde
oriat. pecunia, sed solū requirit. an at propriā nu-
merauerit is qui mutuā dedit. l. gt. licet non fue
rit propria Asclepiadis inspectio d. legis 2. contrahe
ret. mutuū nisi stipulatio interposita fuisset iuxta
d. l. 7. de nouationibus. 94

Ad primū tamen respondet
cū Donelo in eadē l. 2. nu. 2. nullitatē mutui non
inducere nullitatē causæ ita ut stipulatio illa sine
causa sit interposita, quoniā eo ipso qd. accepta
sit pecunia ab Asclepiade adest causa sufficiens
ad hoc ut restituat. ratione salutē possessionis quæ
translata ē in accipientē argo lex. int. indebiti 25.
§. sed et si. de condictione indebiti === Ad secundū
respondet in d. l. 7. solū probari ad hoc ut condictio
ex mutuo alicui competat non sufficere ad ipso fuisse
profectā pecuniā, sed requiri necessario qd. ipse con
trahat, et det pecuniā ut propriā non inspecto a
quo ipse ad quē sit venit pecuniā. Ita Cuiatius Done
lus, et Gilchenius in d. l. 7. 95

Et ex eodē pric. intelli-
git. lex si tibi 20. hat. Ubi si donauero tibi pecuniā ut
ipsā mihi credas: respondet Iulianus neque do-
nationē esse, qt. non ea mente pecunia tradit.
ut omnino penes accipientē remaneat iuxta l. 1.
de donationibus, neque pecuniā fieri creditā, si tu
mihi eandē credideris, qt. magis soluendi quā
obligandi causa tradidisti. qd. licet asperat idē

IC. de rigore iuris procedere; affirmat tamen be-
nignius, et de equitate, que praeferenda e l. placuit
8. C. de iudicijs l. in omnibus 90. de regulis iuris
et donationē valere, et pecuniā fieri creditam.
Cuius distinctionis federe componunt comuniter inter-
pretes cū Accursio d. l. sibi 20. tit. cū l. qui id quod 33.
§. 1. de donationibus. l. si quis 67. de solutionibus. ubi con-
trariū scripserunt Papinianus, et Marcellus. Anto.
Fab. in rationali ad dictā l. 20. contendit comunē
istā conciliationē substineri non posse, quia; ut ipse in-
quid, Papiniani, et Marceli sententia non solū
equior, sed et iuris rationi, et rigori conuenientior
ē. Licet enim non alienent. nummi qui ita dant.
ut statim recipiant. l. qui sic soluit 55. de solutio-
nibus hoc tamen non habet locū qdo. ex noua causa
recipiant; praesertim si ex prima causa aliquid com-
modi actionis remaneat penes primū recipientē, ut
cū Bartulo probat ex l. seruus dotalis 58. solu-
to matrimonio. Constat autē qd. in specie d. legis
20. remaneret penes donatariū simul, et creditorē
actio ad petendā pecuniā creditā donatori, que quidē
actio ex donatione sibi proueniret. Unde, et vale-
re donationē rigoroso iure, et non tantū de equi-
tate subtillissimus vir probat adito exemplo
stipulationis per quā potest quis obligari ad cre-
dendā pecuniā, ita ut si postea non credat teneatur
ad interesse l. si penā ~~…~~ 78. de verb. obli. qui-
bus suscenit inplacabile pugnā inter iuris magis-
tros fatet. ~~Faber~~ Faber.

96 Ego tamen ex nostro prio. sa-
tisfieri fabriane argumentationi contendo, agnosco
nam qd. donationē in d. l. 20. subtilissimo iure valere,
non tamen in omnibus sed tantū in eo, qd. ex dona-
tione penes donatariū remanere constiterit, neutiquā
vero in eo, qd. ad donatorē eiusdē donatio-
nis l. reuertitur. arg. d. legis 1. de donationibus.
Valebit igit. donatio quoad actionē remanentē
penes donatariū ad tantū pecuniā petendā

pecunia tamen illa in specie taliter donata rigu-
roso iure non transfertur in donatarium, quia non fuit
ita tradita ut penes ipsum remaneret. Unde per-
inde esse iudicatur ac si solum actio, et non pecunia
fuisset donata, quod inter contrahentes actum esse
videtur. Idcirco licet valeat donatio de rigore, non
tamen valet quoad pecuniam praedictam nisi de equita-
te iuxta quam accipiendus est textus in d. l. 33. § 1. de
donationibus. 97

Ex quibus infertur mutuum
subtilissimo iure non contrahi in d. l. 20. quia cum
requirat translationem dominij rei in specie traditae,
ut ex ipso constat principio, pecunia quae praedicta sub-
tiliter non intelligatur facta accipientis sed propria
remanere videatur donantis: apparet utique cre-
ditum fieri non posse, quemcumque iure sustineatur. subtili
donatio in eo quod penes donatarium remanet, quo-
niam non hoc, sed pecunia mutuo datur, quae de
rigore non intelligitur translata in donatarium cum
eius de donationis lege restituenda sit donatori. quod
si non coactus, sed spontaneo restitueret dona-
tarius: subtili quidem iure creditam pecuniam trade-
ret per argumentum legis 67. de solutionibus. Ubi regre-
sus pecuniae ad solventem spontaneus est, et non
coactus, ut recte notat Bartolus licet reprobatus
a Fabro, cuius ex complexu ex stipulatione desumptum
non videtur congruere donationi de qua in d. l. 20.
Nec enim tractat H. in d. l. 6 §. de verb. obli. casum
in quo donans pecuniam stipulatur eandem sibi credi;
nec valida eo in casu stipulatio subtilissimo iure
probat validam eodem iure donationem, quippe
stipulatio non requirit rei translationem quemad-
modum et postulat donatio iuxta d. l. 1. de do-
nationibus. Hec utique de illis verbis nostrae diffi-
nitionis datione vera vel ficta pergamus ad
aliud. 98

Rei consistentis in pondere
numero vel mensura. In quid diffinitio compo-
nata

consonant lex 2. §. mutui datio ht. si certū petetur
& §. mutui q. ad macedonianū l. 1. §. 2. de obliga-
tionibus et actionibus prin. institutionū quibus mo-
dis re contrahit. obligatio. Explicant, et illus-
trant Merula in emporio ~~[illegible]~~ tit. 8. in pre uniss anu.
22. ubi plures refert. quibus Donelū in rubrica
anu. 7. c. si certū petatur. Pictordū in d. institu-
tionū prin. anu. 19. ubi plura, et plures. Ante
quā ylius partis rationē tradamus, sciendū ē
ea res dici in pondere, numero, mensura consis-
tere, quae quatenus attinet ad promiscū usū co-
mertiorū magis ex quantitate quā ex corpore, et
spetie estimant., et spectant., ita ut sine quan-
titate ad nihilū redigant. quando q̃. ut per-
feptū in l. triticū 94. explicat Gouveanus in l. 1. §. non
solū ad falsidiā. Adeoq. quantitate potius quā in
corpore valent ut corporalibus rebus opponantur
l. 5. de impensis in rebus dotalibus l. qui heredis 46.
de condictione indebiti l. nam et si 13. §. ul. h. t. Non
q. corporalia non sint l. 51. de legatis 1. sed q. ma-
gis ex quantitate esse videant. quā ex corpore l. 15.
non solū ad falsidiā l. si his cui 94. §. 2. de solutio-
nibus. Unde in his rebus identitas non ex corpore
et spetie, sed ex quantitate qualificata resultat, ita
ut dū eadē si fuerit quantitas, et qualitas, eadē
etiā res esse videat.; licet re vera prorsus alia
spetie, et diversa corpora appareant. Diximus sup.
hoc eodē cap. in prin.

39 Hinc intelliges quid sit pre-
dictas res in suo genere functionē recipere. Genus
accipit. pro natura, substantia qualitate, sive ma-
teriea sub una eademq. appellatione, et nomencla-
tura contenta l. res ff. de iure dotiū l. triticū 49.
de verb. obli. l. oleo C. de usuris prin. institutio-
nū quibus modis re contrahit. obligatio Cuiatius
lib. 28. Pauli ad edictū in d. l. 2. §. mutui da-
tio h. t. ubi etiam advertit his quatuor nomini-
bus promiscue uti nostros iure consultos per l. 9. et

14. de contrahenda emptione l. si sterilis § quia vis de actionibus empti. Itē functionē recipere istas res nihil ē aliud quā alterā alterius locū subire, et ipsius multa vice fungi, ita ut quodammodo propter omnimodā similitudinē eādē esse videant. cū illa. Explicant cū aliis supra laudati Morla, et Rich. part. 2. in l. certi § et l. liber homo l. aequum ad l. aquiliam l. pretia rerū ad falsidiā facit illud Lucretii

Quippe etenim mortale, aeterno iungere, et una
Consentire, putare, et fungi mutua posse.
Desipere ē. 100

Unde res istas quantitate dixere tā distantes functionē recipere in suo genere nihil ē aliud quā sub eodē genere, id ē si eiusdē generis fuerit, id ē qualitatis, et substantiae ita alterā vicē alterius genere, et locū subire ut addita eādē quantitate numeri ponderis, aut mensurae omnino videat. eadē cū altera quatenus saltē ad comertiū spectat. In quo maximopere differunt a ceteris rebus quae numero pondere aut mensura non constant, quarū licet plures similis inter se sint, numquā tamen tantā similitudinē, et tam omnimodā qualitatē contrahunt identitate quadā similiq. solū quantitate videant. inter se distingui quatenus ad comertiū spectat, semper enim unū aut alīud dissimilis facit, et alias. 101

Ex his elucet iā Paulus in d. l. 2. § mutui datio h. t. cuius litera varie circū fert. ut ibidē late scripsit Federicus Schotus. Omnibus pensatis florentinā praefero, quae sic habet: mutui datio consistit in his rebus quae pondere numero mensura consistunt: quoniā eorū datione possumus in creditū ire: quia in genere suo functionē recipiant per solutionē quā spetie. idest. eorū in quid, qū non referi. ad res sed ad mensurā pondus, et numerū

quorũ datione in creditũ ire nos posse affirmat Paulus, eorũ dicens, et non earũ, ut innuat potius per quantitates rerũ quã per res ipsas, et earũ spetiẽ mutuũ celebrari.

102 Quã spetie inquid. sensus ẽ: magis aut potius quam spetie, per compendiũ loquendi non addit magis. qđ locutionis genus nõ insolens nostris l. si hominẽ 7. in prin. depositi l. 2. §. sed unũ de iudicijs l. pro herede 20. §. ul. de adquirenda hereditate l. si cui 49. §. si titio de legatis 1. l. quere 5. §. ul. de doli exceptione l. placuit 5. C. de iudicijs l. principaliter. C. de liberali causa l. ul. C. de usufructu. nec sacris et profanis auctoribus. psalmo 117. ibi. bonũ ẽ confidere in domino quã confidere in homine bonũ ẽ sperare in domino quã sperare in principibus. Plautus in Rudente: tacitas bona est mulier semper, quã loquens.

103 Quibus proclariori litere intelligentia premissis, explicemus in paulũ. mutui datio, inquid, consistit in his rebus, que pondere numero, mensura consistunt, . i. ẽ que stimant. potius ex quantitate ista discreta quã ex corpore et spetie, ut sup. explicuimus. huius dicti rationẽ affert Paulus ibi: quoniã eorũ datione possumus in creditũ ire. eadẽ videt. ratio cũ dicto, ad qđ. ita idẽ per idẽ explicari videt. qđ. non sine vitio fuerit tam tersus IC. Hoc ut effugiant doctores varias expositiones ne quidẽ sententia infeliciter tendunt tamen. ego vero non moror ita Pauli ratiocinationẽ explanare. ~~ita~~ ire in creditũ nihil ẽ aliud quã fidẽ sequi aliquid recepturos l. 1. in fine ht. cũ ante ire in creditũ ex mutui datione intelligat Paulus: hinc idẽ esse videbit. ac si longius ratiocinatus dixisset ideo mutui dationẽ consistere in his rebus que numero, pondere, et mensura consistunt, qa videlicet ad mutui dationẽ

necesse ē qd. in credito eamus ex causa mutui:
id ē, qd. aliquid simus ex mutuo recepturi:
sed non possumus ex mutuo esse aliquid recep
turos nisi res dentr. praefatis quantitatibus
consistentes, q. mutui dantr, et in his reliqa non
in aliis consistit. 104

Tota ratiocinationis Paulia mediis consistit in probatione tacitae minoris propositionis, quā ut probet ad qd. ita primā rationē confirmet, alterā statim rationē subiicit; qa. Inquiens, in genere suo functionē recipiant per solutionē quā in specie. Consequentia quidē ad praecedentia, ut enim in principio. ex reside legis 2. docuisset ex mutuo non posse recipi eundē speciē sed idē genus: apparet inde ex mutuo in credito non quā in nos posse nisi quando recepturi simus idē genus, non autē possumus recipere idē genus nisi res functionē recipiant in suo genere, nec res possunt in suo genere functionē recipere nisi consistant in numero pondere aut mensura, ut sup. diximus in notabili. Igit. recte infert mutuū ex credito, creditū vero ex functione in suo genere. idcirco duo in 2a ratione ponit. Primū ē qd. per solutionē res ipse functionē recipiant, idē; mutua vice inter se fungantr, tantundē praestent, et quodammodo eadē esse videantr., ad qd. ita qd. una possit pro altera solui, hoc enim ē recipere functionē per solutionē argo legis, et dsi certo §i. de legatis 1. ubi recipere per mutationē ē alterā pro altera permutari posse. 2um ē qd. huiusmodi functionē per solutionē magis in genere suo quā in specie recipiant, poterant namq. videri non obstante tali functione aliud pro alio solui, ut solueret una species, et corpus pro alio corpore, et specie lata, qd. ut remoueat addit Paulus functionē praefatā magis recipi in genere rerū, qd. ē unū ut eo qd. recipiendū ē ex mutuo, quā in earun

dē

dē corpore, et spetie, quae sunt alia a genere respiciendo. Unde quamvis pro uno frumento aliud frumentū solvatur si spetiē datā, et spetiē recipiendā consideres; aliud tamen non solvit. q. non sunt considerande spetiēs sed genus spetie date, et recipiende q. qd. debet. ex mutuo non ē spetiēs data, sed genus spetiei date ita l. 2. in princ. Ideo q. qd. solvit. non ē aliud ab eo qd. debet., de iure genus, solvit. genus, et quamvis corpus, et spetiēs solvatur sine quo nulla fieret solutio; functio tamen illa cuius virtute solvit. magis pertinet ad genus quā ad spetiē. Qua propter utilitate, et formalitate pugnante idē solvi qd. debet., non vero aliud pro alio. Non idē iuris ē qdo res non consistunt in numero, pondere, aut mensura, ipse enim res functionē in suo genere non recipiunt. Ideirco proinde deficit unitas generis, cuius virtute non videtur aliud pro alio solvi.

Nec obicit si inferas qd. volentibus contrahentibus poterit mutuū celebrari in rebus quae quantitate non consistunt, siquidē iniuriā tantummodo solutionis obstat. Nā facile respondet. voluntatē contrahentiū non posse immutare essentiale mutui requisitū. Unde nequeunt partes efficere qd. mutuū contrahat. per dationē rei quae numero, pondere aut mensura, non consistit, ē enim mutuū q. de meo tuū fit, et vicissim de tuo meum, qd. ē intelligendū de una, et eadē re ut probat. sup. hoc codē cap. in princ. Non autē potest effici qd. una, et eadē res data ad consumptionē, ut fit in mutuo, de mea fiat tua, et e contra de tua fiat mea, nisi earū ex genere sit quae numero, pondere, et mensura consistunt, quae quidē una mediante quantitate in suo genere eaedē inter se esse videntur. ut diximus. caeterae autē res nec tantā similitudinē inter se habent,

nec tantundē præstant, nequantitate media
ad unū qdammodo unitatē ~~conditionē~~ iure redu- conversio-nē
cunt. Id circo mutuo dari non possunt, quia se
dans illas mutuo necessario velle debet in ore
dictū ire ex mutuo, ac per consequens velle debet
non eandē speciē sed similē eiusdē generis
recipere, et qdammodo unā, et eandē, qd. nun-
quā fieri potest propt. verā illarū dissimilitu-
dinē, et parū aptā naturā ad recipiendū functio-
tionē in eodē genere qd. debet ex mutuo. Quo
in sensu procul dubio invito creditori aliud sol-
veretur pro alio debito iuxta essentiā mutui, si
atqz. istis rebus posset mutuū concipere. qd.
si huic iuri renuntiet rē tradens, et hoc facto
mutuū nihil omninus velit contrahere, bene qui-
dē efficiet ut pro re data aliā rē recipiat; non
tamen mutuū contrahe qa. implicat ex sup. di-
ctis, sed aliū celebrabit contractū aut permuta-
tionis, aut emptionis, aut do ut des. Recte igit.
ait Paulus: nā in ceteris rebus ideo in credite
ire non possumus (ut intellige ex causa mutui)
qa. aliud pro alio invito creditori solvi non po-
test. Non qd. velle nequeat creditor aliud pro
alio sibi solvi, sed qd. si velit, iā non mutuū
contrahet, et si maxime velit mutuū contrahere
qa. dū mutuū re vera contrahit, invitus ē cre-
ditor ad recipiendū aliud pro alio, quoniā iuxta
essentiā mutui vele debet idē genus recipere
in præstatis autē rebus nequit idē genus solvi
sed aliud. Quare propt. non potest mutuū contra-
hi qa. aliud pro alio invito creditori solveretur
qd. nemo quē viderim sic explicatū reliquit.

Obstare tamen videt. huic
nostri dictionis parti qd. omnes res possunt numerari
appendi aut mensurari, ut per se patet. Ergo omnes
mutuo dari poterunt, frustraqz. addit. fuerunt hæc
illud in difinitione. Præterea nō ea quæ appenduntur
aut mensurantur numerari valent, imo pondera

et

et mensurae solent numerari. Ergo frustra distinguun-
tur res ex pondere, et mensura cum numerus vide-
atur sufficere ad eas stimandas. ═ facile tamen
respondetur, quod mutuum non consistit in iis quae nume-
rari aperiri aut mensurari possunt, sed in iis
quae numero pondere aut mensura consistunt, aliud
est numerari, vel; aliud numero consistere. Primum
potest adesse absque eo quod aliquam ex numera-
tione tribuat rebus stimationem, in qua earundem sub-
stantia consistat quatenus pertinent ad commercium,
cuius quidem respectu accidentale quid omnino erit.
2um vero denotat rei consistentiam, et substantiam
ex numero constare. Res naturaliter non consistunt
in numero pondere aut mensura; civiliter tamen
quoad hominum stimationem quatenus ad commercium
spectant, numero pondere aut mensura dicuntur
consistere ita ut sola quantitate distinguantur in eodem
genere. Licet frumentum naturaliter non consistit in
mensura, nec secundum philosophos sola men-
sura distinguitur, nam ut ait Lucretius.

Quoduis frumentum non tamen omne
83 Quodque suo genere inter se simile esse videmus
Quin intercurrat quaedam distantia formis.

At civiliter quatenus ad commercium frumentum pertinet,
adeo simile est inter se ut si eiusdem generis fuerit ni-
hil intersit an hoc vel illud sit frumentum, ut eun-
dem afferat utilitatem, sicque sola quantitate commer-
tiorum usus distinguit frumentum. ‡

Hinc ex hac commertiorum
84 ratione factum est quasdam res stimari in numero, ponde-
re aut mensura; non tamen omnes, sed eas tantum
modo quas iuxta ipsarum aptitudinem aliter non stima-
vit commertiorum utilitas, et facilior expeditio, quia aliter
eas stimare non esset nisi implicare commertium,
cuius respectu non erant aptae aliter stimari quam
per pondus numerum aut mensuram. Unde licet
omnes res numerari possint; non tamen omnes
consistunt in numero. Item licet pondere, et mensurae

numerentur; non ideo tamen ea quae pondere aut
et mensura consistunt juxta comunem consuetudi-
nem, dicuntur in numero consistere, quia non sunt
apta ad hoc ut numero, sed tantum ad hoc ut pon-
dere, et mensura estimentur, ex quibus praevalent
juxta comunem, et promiscuum comertiorum usum ut
diximus. Itaque licet non ita Molina ubi sup. d. nu. 22.
Voluerant q. doctores comuniter prout testatur
Pich. ubi sup. nu. 16. Hinc facile intelliges ideo
pecuniam in numero consistere frumentum, et simi-
lia in mensura, liquida in pondere aut mensura
juxta priorum institutionum quibus modis re contrahitur
obligatio, quia videlicet non sunt apta aliter esti-
mari. Vide dicenda in sequenti dissertatione fructuendo.
Huc usque tamen dictis 79
adversariorum videtur lex 2. in d. lex. §. creditum h2. ubi mu-
tuum non contrahitur nisi interveniat pecunia. Igitur
non sufficit res pondere aut mensura consistens.
Deinde semper difficile negari mutuum contra-
hi in alijs rebus quae numero pondere aut mensu-
ra non consistunt, quotiens partes voluerint. Nam
licet ante Iustinianum in l. ant. penultima c. de constitu-
ta pecunia. Constitutum non posset celebrari nisi in re-
bus quae numero, pondere, et mensura consistunt,
ut probat d. lex. penultima; digestorum tamen tem-
pore poterat constitui aliud pro alio debito, quia pla-
cuit eo tempore volenti rem pro re solvi posse. Unde
tunc temporis valide constituebatur solvenda res unius
generis pro re alterius generis l. 1. §. an potest ff. de
constituta pecunia, similiter licet mutuum alijs
in rebus non contrahatur; partibus tamen volen-
tibus contrahi non inconveniet, cum semel placuerit
rem pro re dari posse. 80
Prima difficultas facile habet
solutionem, nam in d. § creditum accipitur pecunia pro
rebus numero pondere aut mensura consisten-
tibus, licet enim pecunia generaliter quamlibet rem
significat l. pecunia 172. de verb. sig. ex tab.
iesta

subiecta tamen materia significationē contrahitur ad res numero pondere aut mensura consistentes l. talis 30. in princ. de legatis 1. d. l. penultima §. 1. C. de constituta pecunia. Praeterea licet Paulus in d. §. creditū loquatur de pecunia numerata iuxta l. 1. ad macedonianum. Non tamen magis obstat etenim quod intendit principaliter in d. §. creditū ad finē non ē docere diff. inter creditū, et mutuū licet eorundē materia desumtā, quod in princ. lex. iā fecerat; sed docere discrimen inter praedicta desumptū ab effectu, et translatione dominij, ac proinde pecunia dixit pro exemplo. Ut ibi bene tenuit Accursius quē sequitur Antonius Fab. in rationalibus. igitur non docet Paulus pecuniā esse necessariā ad mutuū tū necessario requirit ut proficiscatur, id ē tradat. et adquirat, pecunia vel res mutua data.

Difficilior est habet explicatus
81 2. difficultas, sed breviter. dic constitutū olim non potuisse fieri nisi in rebus quae numero pondere et mensura consistunt d. l. penultima. Explicant Pich. in §. in personā 7. nu. 14. institutionū de actionibus. Vuesenbechius in paratitlis ad tit. 4. de constituta pecunia nu. 6. Qui licet istius iuris rationē tradere sentiunt; insufficienter tamen vel non satis clare eā deducere videntur. ex similitudine inter actionē de constituta pecunia et condictionē ex mutuo. Aliunde iuris aliis obstrusi petenda ē ratio. Stricto iure eadē erat observanda forma in solvenda obligatione, quae observata fuerat in obligatione introducenda argu. legis nihil tam naturale l. 35. de regulis iuris. qua propter eodē stricto iure adhuc volenti aliud pro alio solvi non poterat, et inde quoque nemo poterat se constituere soluturū nisi id quod debebat; in rebus autē quae in suo genere functionē non recipiunt numquā videbatur id ipsū ex secunda obligatione solvi ne constituente quod ex prima obligatione debebat. sed aliud

ipsorum ad dictam rerum numero pondere aut men-
sura consistentium ut sup. explicuimus. Hinc stric-
to iure non potuit olim celebrari constitutum nisi
in rebus quae numero, pondere aut mensura consi-
sterent. Hoc tamen ius solummodo duravit quo
usque placitum fuit pro volentibus aliud pro alio solvi
posse, quod aegre obtinuisse insinuant lex si cui
de iure dotium d. lex 1 § consonat de constituta
pecunia l. 26 § si centum de condictione indebiti. Ita
Cuiatius lib. 27 [illegible] ad edictum in d. l. 2 § mu-
tui datio h. t. deducit [illegible] haec ratio non in subtili-
tate ex eadem l. penultima ubi: in aliis autem rebus nullam
habere commendationem quasi functionem non habentibus
nec communicationem quandam inferre. 48

Ex quibus illud tempus
quo idem iuris erat in constituto ac in mutuo circa
res iuxta dictam l. penultimam non fuit tempus illud
in quo iam obtinuerat volentibus aliud pro alio sol-
vi posse d. § cum potest. sed tempus fuit antece-
dens quo adhuc tale ius non obtinuerat. Hoc ne-
cessario admittendum est ne inplacabilem pugnam relin-
quamus inter dictum § cum potest, et dictam l. penulti-
mam in principio. Nec nos movet quod Iustinianus in d. l.
penultima nova constitutione extendat constitutum
ad res non consistentes numero pondere aut men-
sura. Quoniam quod attinet ad hanc partem facile credo
novam illam constitutionem solummodo declarare, et quod
ammodo aperire ius quod ante ipsam erat post quam ob-
tinuerat volentibus aliud pro alio solvi posse. Et qui-
dem licet ita esset; omnibus tamen civibus contrarium
assuefactis observare non ita clarum erat, cum nec fa-
cile ex eo quod obtinuisset aliud pro alio solvi posse
intelligerent omnes posse iam constitutum celebrari ci-
tra res numero pondere aut mensura consistentes,
idcirco ut ius istud ad aperiat, apertissime, ut ipse
Iustinianus in quid. l. declaravit, quasi ius antea
esset, sed non ita apertum.

Nec tamen ex quo constitu-
tum

tũ in alijs rebus digestorũ tempore potuit celebrari, ex eo videlicet qd. prævaluit tũ ne aliud pro alio volentibus solui posse: infert legitime idẽ iuris esse debere in mutui datione, quoniã maxima extat diffa. inter constitutũ, et mutuum constitutũ consensu celebrato. Mutuũ re perficit: Constitutũ vicẽ solutionis habet l. ijtẽ 10. de constituta pecunia. Mutuũ non ita, sed obligationẽ iuxta rẽ datã parit. Vnde ex eo qd. aliud pro alio volentibus solui potuit legitime infert. in d. lig. an potest constitui posse rẽ pro re solui, cũ nec rei traditio quæ constitutũ non perficit obstet, et solutio cuius vicẽ habet constitutũ admittat. Contra respondet. in mutuo, cuius obligatio potius ex re ipsa quã ex conventione ad idẽ gẽnus respiciendũ perfecta, et contracta idẽ omnino in genere redendũ expostulat id ẽ eiusdẽ qualitatis, et bonitatis omnino; ideoque contra volueris, non + qui mutuũ, sed aliud contrahere negotiũ videbitur, qd. magis ex consensu quã re ipsa perficitur. Quapropter in licet digestorũ iure admissũ fuerit aliud pro alio volentibus recte solui; ex inde tamen non recte infert. ad mutuũ contrahendũ in alijs rebus quæ numero, pondere, aut mensura non constant, qa. iuxta essentiã, et naturã mutui creditor semper ẽ intentus ad aliud respiciendũ, qd. non adest in constituto. Consinit Amaia in l. unica nu. 21. C. de colatione ęris lib. 10. vide dicenda in sequenti disputationis fracmento.

Ex his responderi potest ad illã quæstionẽ, an scilicet in ovibus, panibus, libris, et similibus possit mutuũ contrahi necne? in qua pro utraque parte sunt non contemnendi authores. Ego vero breuiter respondeo in similibus rebus, qdo. ad numerũ pondusque aut mensurã traduntur, non contrahi mutuũ vel quo non datur, et comodatur ad abusũ, qd. respicit in mutuo introducto in locũ comodati in his quæ usu consumuntur. At dixisses hoc eodẽ cap. in princ. quapropter in libris, et similibus quæ usu non consumuntur.

mutuū contrahi non potest, et si aliis in numero consistere dubitet. Itē vulga. et si ad numerū pondus vel mensurā redantur, utpote ipso consumantur; in numero tamen pondere aut mensura non consistunt, quippe non fuisse ex earū rerū natura ut ponderent. numerent. aut appendant. iuxta supra dicta, sed per accidens, et ex contrahentiū arbitrio, et voluntate. Ut in grege, et panibus. l. qd. sepe 85. §. in his. lumelo §. re quaerit de contrahenda emptione. Ubi grex separat. ab his que numero consistunt. Ita cū Accursio Antonius Fab. in rationalib. ad d. l. 2. §. mutui datio h.t. qd. quidē ex mera iuris ratione admittere cogimur; equitate tamen, et benignitate suadente mutuū contrahi non inficiamur, si modo ad numerū pondus vel mensurā ista dentur cū obligatione reddendi similis eius dē rei bonitatis. Quomodo accipit. illud Luce 11. amice accomoda mihi tres panes. Et conciliant. contrarie sententie. Similit. dicimus subtili iure non contrahi mutuū si aurei numi dent. ea lege ut tantundē reddat. in numis argenteis aut ereis qui eius dē generis non sunt ex generali tamen consuetudine benigna interpretatione mutuū contrahit. Antonius Fab. ubi supra ubi sup. 9o

Facit etiā ad dictis in hoc diffinis fragmento subtilis intellectus ad tex. in l. si petam 68. de verb. obli. quo loci Paulus asserit stipulationē, qua sibi quis pecuniā mutuā dari stipulat., incertā quidē esse proinde non in dando sed in faciendo consistere, qa. que in dando consistunt stipulationes certe sunt l. ubi autē 75. §. ul. de verb. obli. et tamen mutuū ex postulat dationē, idē, traditionē, et dominii translationē. Unde et in dando consistere videt. l. 2. §. appellata h.t. prout sup. explicuimus. ______ Cuiatius lib. 2. Pauli ad edictū in d. l. 68. facile difficultatē solvit, existimat enim tunc prefatā stipulationē in incerto esse qdo. generalit. pecuniā, non certā sed incertā stipulat. quis

creditā sibi dari iuxta verba eiusdē legis 6 ff. ex argu. d. legis 79. in prio. Contra esse putat, qdo certa pecunia vg. centū aureos credi sibi stipulat. argo. d. legis 79. §. vol. hac interpretatione videntur cessare priores difficultates proposita; sed vereor ne doctissimus vir parvis assecutus genuinā ratione d. legis 6 ff. verius namque videtur Paulū esse intelligendū etiā si certā pecuniā credendā contineat stipulatio, nā solū videtur ponere diffā. inter eos, quos tractat ex adiectione pecunię. Deinde Paulus perspectā accipit de stipulatione qua nullo designatu usu ad quē pecuniā destinaret, simplicit. et infinite stipulat. quis pecuniā sibi ~~[illegible]~~ credi, qa. tunc nihil ex stipulatio ne posset consequi. Vti argo legis si sterilis §. cū per venditorē. De actionibus empti tenet Donelus in eadē l. 6 ff. nec. ig. si ff. hoc supponat. non semper erit in incerto ~~quanta~~ pecunia sit necessaria ad illū usū designatū, ex quo saepe possit certificari ita ut non in incerto consistat quantitas; et tamen absolute affirmat Paulus stipulationē predictā in incerto esse. Igit. idē erit dicendū quotiens certa pecunia credenda pecunia in stipulatione deducta.

Omisso Cuiatio qui etiā

91 qui etiā ex tradenda interpretatione refellit, dicendū ē ideo stipulationē predictā in incerto esse, qa mutuū principalit. non consistit in dando sed in faciendo. Principalit. solū consistit mutuū in usu pecunię transferendo, non qd. pecunia non det., et transferat., sed qd. hoc non attendamus qa. in consequentiā, et minus principalit. intendit. argo legis 1. de auctoritate tutorū cū similibus. In mutuo non dat. pecunia ut dominiū transferat, sed dominiū transfert. ut accipiens utat. pecunia cuius quidē solius usus causa comparatū ē mutuum qd. consistit potius in quantitate, et genere rerū quā in certis speciebus et corporibus, ita ut idē qd. mutuo datū quodammodo sit reddendū; ut

ut in superioribus diximus. idcirco licet spetie silen-
ti ea transferantur; hoc tamen non attenditur
sed perinde ē. ac si res non haberet, cū eadē sit
restituenda in quantitate argenti, quæ etiā
respectu solummodo intelligit. mutuo data, non
quatenus spetie consistit sed quatenus quantita-
te stimatur. quæ propter eo respectu non intelligit.
translata cū sit restituenda arg. legis non dubiu
de regulis iuris legis ipsis sic qq. de solutionibus
cū similibus. Insufficiendo igit. et non in fundo
consistit prædicta stipulatio. Ita subtilit. Duare-
nus in d. l. 63. ubi latius Donelus nu. 13. 32
Ex secūdo Principijs infer-
t. insuper interpretatio ad tex. in l. c. si certū peta-
t. ubi spetiebus stimatis et ꝗ. in mutuū datis, ut
earū stimatio redderet., nequaquā potest mutuū
contrahi, q̄a. non fuerunt datæ res numero pon-
dere aut mensura consistentes, et quamuis argen-
tū fuerit datū, q̄d solitū ē appendi, non tamen
tamen fuit datū ad pondus, sed uti spetiæ, et
corpus stimatū, cū obligatione reddendi pecuniā,
quæ res ē alterius generis. Hæc sententia confirma-
tur ex l. plerumq. 10. §. 11 ante l. quotiens ff. de
iure dotiū. quibus cauet. emptionē, et venditio-
nē contrahi quotiens stimatæ res dantur. Dein-
de in d. l. 8. non proponit. pecunia ab aliquo tra-
dita accipienti, sed tantū dicit. spetiæs stimatas
fuisse datas. Igit. re non potuit contrahi obligatio
extra rē datā, quæ materia non potest esse mu-
tui ex sup. dictis iuncta l. si tibi ff. 17. de pactis l.
rogasti 11. §. si tibi ff. 7. Quibus merito motus lon-
gius Donelus in d. l. 8. contrahi mutuū negat ad-
versus comunē doctorū sententiā quā amplec-
tuntur. ibidē Cuiatius, et Gothofredus in pr. io. ins
titutionū quibus modis re contrahit. obligatio
nu. 56. et contra Donelū defendit Gilchenius
in d. l. 8. nu. 4 et seq. Pro Donelo conuenit Morla
in emporio tit. 7. in præmissis nu. 34. videndus

in spre.

Neque obstat d. lex rogasti in princ.
93 h. t.. qa. ibi pecunia fuit numerata licet non a me ab alio tamen qui lanceã emit, et lanceã vendens nomine meo accepit pecuniã, ut diximus sup. hoc eodẽ cap. ex roberto cũ Morla in emporio tit. 7. q. 6. nu. 10. sic conciliantes dictã l. rogasti cũ l. qui negotia 34. in princ. vers. his argumentũ ff. mandati, quo loci pecuniã redactã ex venditione non meo sed suo nomine accepit qui lanceã vendiderat. At in d. l. 7. pecunia a me nomine proponit. profecta, quod necessariũ erat ad mutuũ l. 2. §. creditũ h. t.. Nec officit si accipiens species stimatas vendat, et pretio utatur cũ hoc non proponatur in d. l. 7.. tũ etiã qa. adhuc eo dato non contrahitur mutuũ primo qa. pretiũ postea acceptũ ~~non~~ fuit datũ, sed tantũ fuerant datę species ęstimatę, quarũ ęstimatio multũ potest distare a pretio, fieri enim potest ut species stimatę fuerint venditę, et postea sexaginta veniant 2. qa. licet eadẽ sit stimatio cũ pretio postea accepto; constat tamen in specie d. l. 7. accipientẽ vendidisse species suo nomine cũ stimatas acceperit et per hoc eas adquisierit d. l. 10. §. si ante d. l. 16. de iure dotiũ ac proinde mutuũ non potuisse contrahi d. l. qui negotia vers. his argumentũ iuxta sup. tradita hoc eodẽ cap. ubi agimus de conciliatione d. vers. his argumentũ cũ d. l. rogasti, quo loci explicuimus iã l. singularia 15. h. t. ita ut huic d. l. 7. intellectui nequeat refragari. Tandẽ ponit. d. l. 7. ponit. sub tit. codice si certũ petat. non qa. mutuũ fuerit ibi contractũ d. propt. animũ, et voluntatẽ accipientis simul, et tradentis, qui stimatis speciebus datis voluerunt mutuũ contrahere exeventu tamen aliter res se habuit nec enim ex sensu solo perficitur mutuũ d. rẽ etiã data quę quantitate constet ut diximus.

94 Denique habet differ. cũ specie accipiendi tantundẽ in genere quo consonant iura in l. 2. in princ., et ff. de credito l. 3. l. rogasti 11. §. 1. l. nã

et si 13. §. 2. ht. l. 1. §. re contrahit. de obligationib. et actionib. l. res in dote 42. de iure dotiu l. si ita 42. de fideiussoribus l. si tibi 17. de pactis l. cu quo 16. c. de solutionib. l. si ultra 22. c. de fideiussorib. l. cu ultra 9. c. de non numerata pecunia prio. institutionu quib. modis recontrahitur obligatio Caius lib. 2. institutionu tit 9. § 2. explicant et illustrant Mosta in compendio tit. de. in prooemiis anu. 24. usq. ad nu. 39. exclusive Connanus lib. 7. com cap. 1. nu. 6. et 7. ubi placuere. Petrus Gregorius lib. 22 sintagmatu cap. 1. nu. 1. Cuiacius lib. 28. pauli ad edictu l. 2. in prio. ht. Parsirola in thesauro variaru lectionu lib. 2. cap. 282. Gilchenius in rubrica nu. 14 cu sequenti, et in l. incendiu 11. anu. 27. c. si certu petatur Vuesenbechius in paratitlis ad hunc tit. nu. 12. et medius Duarenus ad hunc tit. cap. 7. in prio. et §. 3. ad officiu Dich. in 2 prio. institutionu anu. 23. et anu. 60. Donellus in rubrica c. h. t. nu. 18., et in d. l. 2. in prio. et in d. l. 3. ht. ubi conueniunt omnes Amaia in l. unica nu. 21. c. de colatione aeris lib. 10.

Hec diffinitionis pars duo requisita ad mutuu comprehendit, et quod tantundem sit restituendum, + mutui perficitur. idemq. tantu debetur, et recipiendu e quantu fuerit datu. Deinde cu in mutuo species dentur ad consumptione: et inde fit non tantundem in specie sed in genere esse recipiendu aut reddendu ex natura, et essentia mutui aliter enim non daretur neque adquireretur species si utiq. cu obligatione eandem restituendi traderetur arg. l. 55. de solutionib. legis l. de donationibus cu similib. nonq. consistit ratio ipsius itoris in eo quod aliud pro alio inuito creditori solui non possit quia quidem cessaret prorsus questionis mutuu dans aliud pro alio in ~~uito creditori solui non possit~~ sibi solui pactus fuisset. Et tamen quamuis ita ualeat quis mutuu contrahere, utiqua nunquam posset proprie mutui, quod potius ex re quam ex consensu perficiendu nunquam proprie dicitur mutuu nisi quando idem quoad modu quod datu e reddatur ubitudinaria quolibet prestatione, et

+ et quod eius de genere res sit soluenda ratio e aliis omissis quia obligatio.

75

ut diximus cum pluribus h. eodem cap. in princ. hoc autem fieri non potest nisi tantundem reddatur in suo genere.

Ex quibus infero interpre-
76 tationem ad tex. in d. princ. institutionum quibus modis re contrahitur obli. ibi, et quandoque nobis non eadem res sed aliae eiusdem naturae, et qualitatis redduntur. Ubi dictio, quandoque, non est accipienda pro aliquando ita ut sit sensus aliquando evenire ut nobis non eadem res sed aliae eiusdem generis reddantur, quomodo in nostro iure solet haec dictio sumi lege d. auth. 7. §. vol. de donationibus inter l. si adrogator 22 §. 1. de adoptionibus. Ista enim acceptio aperte contraria est sup. traditis. quia propterea omisso Dich. in d. princ. institutionum nu. 50 quandoque idem erit in eo tex. quod nunquam, quoties enim negativa subsequitur eam naturam habet dictio quandoque, ut generaliter neget, et pro nunquam accipiatur l. verbis civilibus 7. de vulgari, et pupillari l. Titius 54 cum l. sequenti §. quidquid ad Trebelianum cap. quoniam de probationibus. Ita Barpirola in d. cap. 282.

Verum sitota iustinianus
77 in d. princ. taliter explanatum necessarium esse referendum ad merum factum, et meram facultatem solvendi easdem species post mutuum legitime contractum, solent namque referendus est ad meram obligationis necessitate, ita ut exui, et essentia mutui nequeat a princ. taliter contrahi ut necessario eaedem species reddantur; licet debitor easdem solvere possit si voluerit, dummodo eandem p bonitatem, et qualitatem retineant adhuc, et conservent, tunc namque non redduntur uti eaedem sed quasi aliae. Ita comuniter omnes cum Acurrio contra aliquos ut tenet, et testatur spike Dich. ubi sup. nu. 44. Ant. Fab. in rationali ad l. 2. in princ. ubi Cuiatius lib. 28. ... ad edictum. Neque tunc deficiet mutuum tanquam perveniens ad casum, a quo incipere non poterat argum. ex legis princ. partis 11. de servitutibus. quoniam perfectus, et absolutus fuit ante solutionem

contractus mutui, cuius quidem initium attendi l. 8. mandati l. 1. §. quod si rem cum sequenti ff. depositi l. 1. §. unde quaeritur l. Lucius 7. de exhereditoria actione. quo casu perfacta regulae non est locus l. pupillo periculo. de his qui sunt sui. cum adductis a Richardo ubi sup. nu. 97. Tum etiam quia non vere dicitur pervenisse tunc mutuum ad casum a quo incipere non potest, numquam enim compellitur quis eandem res solvere, nec tamen solvit coactus, et sui obligationis solvit sed quia volens, quo etiam modo ab initio potuit mutuum contrahi. Unde nec desinet esse mutuum si volenti creditori, post mutuum legitime contractum, aliud diversi generis fuerit solutum l. si ei 25. de iure dotium l. 1. §. an posset de constituta pecunia l. 16. l. 17. C. de solutionibus. l. si non sortem 26. §. si centum cum sequenti de condictione indebiti bonus tex. in l. praetij 9. C. de rescindenda venditione. Quamvis enim subtili iure hoc fieri non posse videretur; placuit tandem prudentibus propter utilitatem commerciorum aliud pro alio volentibus solvi posse ita ut liberatio contingat, et obligatio perempta sit. prout ex supra adductis iuribus probatur. iuncto Antonio Fabro in rationali ad dictam l. 1. § an posset. Cuiatio d. lib. 27. pauli ad edictum in d. l. 2. §. 1. h. t.

2° infert interpretatio ad tex. in l. 3. h. t. Ubi non sufficit in mutuo quod reddatur tantundem in genere, sed necesse est quod reddatur eiusdem bonitatis, et qualitatis, aliter enim non videretur idem reddi iuxta naturam mutui, ac per consequens nec tantundem eiusdem generis id est substantiae, materiae, et qualitatis, quo modo in superioribus genus cum Cuiacio explicuimus. licet mutuum contractus sit stricti iuris, in quo nihil venit praeter verbis comprehensum l. quidquid 99. de verb. obli. adhuc tamen in stricti iuris contractibus, id intelligitur comprehensum quod tacite constat egisse contrahentes l. inter bdi 73. l. inter stipulantem 83. § 1. de verb. obligat.

Quibus addita natura mutui iuxta sup. tradita rationē desilendi, facile intelligitur. actū inmu tuo ut eiusdē bonitatisq, et quantitatisq reddatur. tantundē istud quod. redendū esse diximus in diffone. Unde vinū nouū proueteris non potest solui in mutuo; bene tamen vetus pro nouo quo niā plurisq ē, et bonitatē noui continet ut ratio sinans. Gilchenius ind. l. 11. nu. 29. cū sequenti per legē ubi autē 75. §. visq. adeo de verb. obli legē cū pertī de iulitē iurando. Anto. fab. in rationali ad dictā l. 3. Ubi recte adnotat quod licet ab initio requirat mutuo dari vinū nouū l. ut tantundē veterisq reddatur, quia istud non esset tantundē sed plus reddere; post quā tamen iure mutuū fuerit contractū, audiendus quidē ē qui pro nouo soluerit vetus ex sup. adducta ratione, quis licet ex mero iure mutui non de cendat cū qui liber posset fauori suo renun tiare praesertim in mutuo quod. re ipsa perficit. aequi tate tamen sustinetur. quoties sine creditoris de trimento talis solutio fiat, ne malitijs indulgeamus l. in fundo 38. de rei vindicatione iuncta l. credito rū 99 de solutionibus.

Eadē fere ratione dicimus quod. 99 licet ex mera mutui natura requirant. mile numi argentei aut aerei, v.g., mutuo ea l. dari ut tan tundē in numis aureis aut argenteis reddatur, aequi tate tamen sustinebitur. mutuū. Idē iuris esse videtur. si e contra aurei numi dentur ut argentei aut aerei reddantur, generali enim consuetudine receptū ē ut pecuniae in suo genere generalissimo pure ratione resipiant licet sit diuersae speciei pecunia rū ut cū Bartolo admittit Anto. fab. in rationali ad dictā l. 2. in principio h. t.

100. 3.° ex eiusdē iuris princi piis infertur. resolutio ad q. illā, an scilicet pro rebus mutuo acceptis inuito creditori possit pecu niā solui? cui recte negatiue respondit Rich.

cu pluribꝫ. d. prio. institutionũ anu. 30. Vbi contrarijs sententijs fundamentis post propria tractat respondet, ideo nisi faciemus istã controuersiam ipsũ consulite quę ex infra tractanda q. etiã illustrat. Questio ẽ an in mutuo debeat fieri solutio in eadẽ moneta in qua sit creditũ? Contrariũ sunt doctorũ sententię. Prima negat ex l. 1. §. vl. de auro, et argento legato ibi: satis esse si in ea pecunia eadẽ stimatio fuerit. 2°. ex l. 1. de contrahen. emptione l. sitis qui 94. §. 1 de solutionibꝫ l. nemis 3. de in litẽ iurando in quibus pecunia non in materijs sed in quantitate dicit. consistere neque usũ prestat pecunia tam ex bonitate intrinseca quã ex ualore suo, et stimatione, et sunt qui dicant bonitatẽ intrinsecã monetę non esse materiã sed ualorẽ ipsius ut testat. Anto. fab. in rationali ad dictã l. 3. h. t. Vnde dummodo equalis quantitas et stimatio reddat. eadẽ pecunia redita censet. quãtius pro aureis acceptis soluant. argentei aut ęrei nummi — 3°. ex l. que strinceus 65. de verb. obli. ubi propt. monetã aureã argenteã ęreã ve functionẽ inter se recipere adhuc in stipulatione quę stricti iuris ẽ. Hanc sententiã tenent pluribꝫ. adductis Gilchenius in d. l. 11. anu. 35. Carranca Morla Dich, et alij quos refert Amaia in d. l. unica nu. 11. Brocus in d. prio. institutionũ nu. 7. 101

2a. sententia negat ex l. 3. h. t. iuncto § d. licet metala reducta ad pecuniã in genere pecunię functionẽ recipiant hoc tamen non sufficit ad hoc ut creditori ex mutuo fiat satis in quo requirit. ut res eisdẽ generis reddant. idẽ, eisdẽ qualitatis ac bonitatis, quo deficiente iã non recipiunt functionẽ in suo genere nec enim sufficit ad mutuũ soluendũ ut in genere generalissimo res functionẽ recipiant, sed necesse ẽ quod in genere infimo recipiant functionẽ alit. alit. nummus. non idẽ quod datũ ẽ reddi uidebit. ac pro inde mutuũ non erit ut ex superioribꝫ constat, pecunia igit. ęrea, pro argentea aut aurea mutuo accepta reddi non poterit, qa licet generalit. in res dijs, quę

sive

redata non proficiente locus esse possit functioni pecunia-
rũ in genere generalissimo pecuniæ; in negotijs tamen
quæ re perficiuntur, quale mutuũ esse scribentur, rei cir-
cumstantias considerare oportet ad q̃d functio debet
esse de pecunia ad pecuniã in eadẽ specie aut gene-
re pecuniæ alit. namq. functio non erit. Quis negabit
græcã pecuniã deteriorẽ esse argentea, et aurea
ex communi totius orbis acceptione, et æstimatione? imo
mollior deinde ẽ ad transportationẽ, ad computationẽ,
ad custodiã, et alia. Hoc igit. omnia licet non ingrediat.
tur rationẽ pecuniæ; ingrediuntur tamen qualitatẽ
rei additæ quæ eadẽ quodammodo reddenda ẽ, ac per
consequens cũ eisdẽ qualitatibus, ita tenent Amaia ubi
sup. nu. 21. cũ pluribus. ad eadẽ nu. 14.

Huic sententiæ subscribe-

R 102 re non dubito tã iuris subtilitatẽ nous quã ipsa æqui-
tate ductus, cũ enim apud omnes certissimũ sit pecu-
niã ex mutuo vel alia causa debitã soluendã esse
in ea specie pecuniæ quæ inter contrahentes fuerit
conuenta ex eo q̃d debeat fides seruari ut pluribus
tenet Gil che. ubi sup. nu. 33. non video cur in mutuo
non sit cũ Amaia sentiendũ quandoquidẽ tacite in-
telligitur actũ, et conuentũ ut eadẽ res reddat. in suo
genere eiusdẽ qualitatis, et bonitatis, ut explicant
omnes ad d. l. 3. ht., et nos sup. iã diximus. nec enim
minus seruanda ẽ fides tacite quã expresse data,
nec audiendus ẽ debitor dicens nihil interesse
creditoris, cũ eadẽ valorẽ pecuniæ recipiat, et eam-
dẽ quantitatẽ, ac proinde malitijs non esse in-
dulgendũ c̃zl. in fundo de rei vindicatione nã et-
si aliquod incommodũ ex superioribus creditor non
patiatur. affectionis; tamen habenda ẽ ratio in ea
re quæ gratiose fuit data, non ẽ delicatus credi-
tor recusans predictã solutionẽ, cũ delicatior imo
delicatissimus sit debitor, qui nullũ etiã ipse dñ-
nũ sentiens gratiã refert ingratã ei a quo maxi-
mũ fortasse beneficiũ accepit. q̃d non ẽ ferendũ
in eo negotio q̃d gratiose ex affectione etiã processit

et rei datae qualitate ac circumstantijs perfectum est. Si enim in servitutibus persolvendis comoditas voluntatis et amenitatis in consideratione est l. 3. in prin. de aqua cotidiana, et stiva Donellus lib. 9. com. cap. 21. in fine et quod amplius est, ex affectione, et opinione domini non improbabiliter utilitatem metiuntur aliqui ut Connanus lib. 4. com. cap. 7. nu. 3. Merlin in emporio tit. 6. in primitijs nu. 67. cum sequentibus sic intelligentes legem alias difficilem in l. ei fundo 19. de servitutibus. cur, et affectionis aut voluptatis non habetur ratio in persolvenda re mutuo data? cum ex re adquiratur obligatio in mutuo sicuti ex praedio aut per praedio servitus adquiritur. Solius igitur mutuantis est stimare utilitatem pecuniae, sicuti solius fuit mutuum ipsam dare quod commodo eandem reddendum. Unde quemadmodum, et si pecunia transferatur in mutuo; hoc tamen non attenditur quod minus principaliter fit. cum diximus sup. in decreto, et Donelo circa interpretationem legis 67. de verb. obli. sic paritur quod eadem non reddatur minus principaliter fit, proinde neque erit attendendum, sed perinde esse debebit ac si eadem redenda esset, sicuti perinde est ac si translata non fuisset ex d. l. 67. Sane si eadem esset reddenda nunquam locus fieret praesenti questioni. Dicimus ergo non eandem pecuniam reddi necesse esse; verum praeter hoc in alijs perinde esse debere ac si eadem omnino solvenda esset, non autem eadem omnino videbitur si supra factas monetae utilitates aut domini affectionem tollas, et pro aurea aeream persolvas. 103

Neque obstant supra adducta contrariae sententiae argumenta. Ad primum enim respondetur non valere argumentationem deductam ex d. l. 1. § ult. de auro, et argento legato. Ibi enim legatum solum voluntate perspicitur testantis, qui dum speciem non designata, in genere legat tot auri vel argenti pondo, quantitatem credit voluisse legare l. cum certum 9. l. Titia 35. iuncta

l.

l. cū aureū 19. de auro, et argento legato. Non idē iuris ē in mutuo, quoniā cū redata perficiat. coarctat obligationē ad rē, et materiā tantam ut diximus. Ita Anto. Fab. in rationali ad l. 2. in prio. h.t. Amaia ubi sup. nu. 22. et 26. consiliis nu. 23. dictā l. cū certū. cū d. l. Titia et similibo. Hinc etiā soluit. tertiū argū. ex tractū d. l. quę extirecuy de verb. obli. simulys. respondet. ad l. Titia 36. de legatis 2. ut latius ibidē Amaia nu. 27. cū sequenti qui etiā eo codē stilo explicat d. l. unicā c. de colatione ęris lib. 10.

Ad secundū argū. respon-
10.t
det. pecuniā ęreā pro argentea vel aurea per solutā non videri eandē illa cū aurea vel argentea mutuo accepta, quamuis enim pecunię species in genere generalissimo, et in his quę circa talegenus versantur functionē recipiant inter se; eā tamen non recipiunt ingenere infimo propter rationes sup. adductas. In mutuo autē non spectamus genus generalissimū pecunię sed infimū quo ex re data mutuū perficit. quod autē intrinseca bonitas monetę non in materia sed in valore consistat: falsissimūq. idē esse aparet, ut tenet Anto. Fab. in rationali ad d. l. 3. in fi. h.t. ubi se latius de hoc scripsisse testatur in peculiari tractatu de numarijs solutionibus, quē propter istū errorē maxime se edidisse profitetur. ex quibus. etiā non oberit lex creditorē 99. de solutionibus. ut semper intelligat. creditoris interesse pecuniā auream aut argenteā, non vero ęreā accipere propter sup. tactas utilitates affectionē qz. mutuantis, et insuper, quo potest monetā in alios usus conuertere conflando vel saltē vendendo ei, qui potestatē cudendi nouos nouos nummos habuerit. ut considerat Anto. Fab. in d. tractatu cap. 4. licet displiceat Gilchanio ubi sup. nu. 4. qui in sequentibus alias similes quęstiones pertractat. Late ipsū consulite, et Vaesenbechiū in paratitlis ad hunc tit. nu. 12. ad medium.

Hæc pro definitionis explanatione dixisse 109
sufficiat: Videamus nunc de mutui divisione. Summa mutui divisio hæc ē q. omne mutuū aut naturale ē aut civile. Naturale ē q. vera rei datione interveniente perficit. civile ē q. perficit. datione quæ civili præsumptione aut intellecta est in l. in contractibus 14. C. de non numerata pecunia l. singularia 15. ff. Collegit. et Morla in emporio tit. ff. in prœmiis nu. 16. Richo. in prio. institutionē quibus modis re contrahit. obli. nu. 41. Antonio Fab. in rationalibus ad l. 2. §. appellata eo §. vel. l. 9. §. numeravi ff. de. Petro Gregorio lib. 22. sintagmatū cap. 1. nu. 3. ubi quatuor species mutui et alijs refert, sed reducuntur ad istas duas. Desperatū mutuū civile appellat. q. stipulatione perficit, quia tunc non mutuū sed stipulatio contrahit. cuius causa mutuū intercedit d. §. numeravi l. si stipulatus 126. §. Chrisogonus vers. superest de verb. obli. et l. si ita 6. §. 1. cum l. sequenti de novationibus. Quarta civiū argumentatione explicandū ē etiam q. communit. dicunt doctores lite in literarū obligatione, de qua Iustinianus in tit. institutionē de literarū obli. Mutuū civile, ex præsumptione intervenisse asserunt. Hoc itaque non ē sic intelligendū ut obligatio literarū et mutuo decendat, et re ipsa perficiatur, eo contrahatur hoc nunq. esset contra Iustinianū distinguente quatuor genera obligationū in §. vel. in fine institutionū de oblig. Ut recte notat Osualdus ad Donellū lib. 15. com. cap. vl. litera C. Solummodo igit. verū istud erit si dicamus obligationē quidē literis ipsis perfici non contrahi sed ex causa mutui. Quo pacto intelligendus erit l. ... §. 7. et 9. C. de non numerata pecunia. Quē admodū in sup. laudatis iuribus obligatio verborū ē, sed ex causa mutui. Ita cū Baldo Imola Alexandro, et Decio. tenet Castro ad l. si ex cautione, declaratione 3. §. 2. nu. 5. C. de non numerata pecunia ubi nu. 6. idē iuris esse defendit cū Ioanne Fabro contra communē doctorū sententiā

tiā quotiens reuera pecuniā accepit qui literas et chirographū conscripsit, quo casu putat obligationē ex literis, et non ex mutuo oriri argo. dictorū iuriū. quę in stipulatione locnatr. facientq. ł. v. vl. c. de filio familias minore cap. vl. c. si aduersus creditorem vbi minor ex cautione, et non ex numeratione obligatr., cū aduersus cautionē restitui dicitur. Hoc idē tenet Rich. ad tt. institutionū de literarū obli. nu. 27.

106 Obstat huic diuisioni qd. in iure nostro nulibi mutui ciuile dicatr. ═ 2. obstat sup. tradita doctorū expositione qd. ex obligatione literarū non competit condictio ex l. sed certi condictio competit l. unica C. teodosiano si certū petatur de chirographis. ergo mutuio contrahitur obligatio. ═ 3. obstat prio institutionū de literarū obli. vers. plane. vbi probari videtr. qd. reuera accepta pecunia mutua, non orit. obli. ex literis.

Vl. Sed ad primū respondetr. in iure nostro tantū unicū mutuū esse qd. re perficitr. doctores tamen docendi gratia distinxisse mutuū naturale, et ciuile. Vt sup. laudati explicant ═ ad secundū respondetr. aliqdo. etiā ex stipulatione condictionē certi competere; et tamen stipulatio non ē mutuū; ita Baldus d. l. unica C. ═ ad vl. respondetr. Iustinianū in d. prio institutionū dixisse: qd. sibi numeratū non ē, ut magis vim, et efficatiā illius obligationis manifestaret, non ut eā excluderet casu quo reuera pecunia fuisset numerata. colligitr. ex eodē tt. ibi: sed ne ex ffat. Costa et Rich. vbi sup.. caput 3. qui mutuū dari possint.

Caput 3. qui mutuum dari possint.

Qui possunt mutuũ dare, 1
qui possunt alienare, nisi qibus mutuũ dare prohibeantur, cũ enim mutuũ perficiatur datione rei ut explicuimus ad dispone casus præcedenti. facile ex inde intelligitur eo solummodo mutuũ perficere posse qui potestatẽ transferendi rei habuerint. Unde non sufficit dominos esse, ut pater, infurioso, et pupillo sine tutoris auctoritate cũ similibus l. 5 furioso 12. l. non omnis 19 §1. h.t. Nec requirimus dominos esse dantes, sed potestatẽ alienandi eos habere desideramus, tunc enim loco domini sunt, vel dominus intelligitur per eos mutuũ dare. Hinc filius familias, et servus possunt mutuũ dare quatenus peculiũ habentes ipsius etiã liberã habent administrationẽ l. rogasti 11 § si fugitivus l. nam etsi 13. §. si servus h.t. l. fugitivus 19. de solutionibus l. contra 28. §. si filius infine de pactis l. cũ filius familias 17. h. t. l. si longius 17. § 1. vers. unde ff. de iudiciis Antonius Fab. in rationalibus ad præcitata iura Duarenus ad hunc tit. cas. 3. Idẽ iuris ẽ si alit. alienandi potestatẽ a patre aut domino habuerint. Ut eis iisdẽ iuribus probat.

Sed obstat difficilis tex. in d. l. fugitivus 19. de solutionibus. quo loci servus non habuit liberã administrationẽ peculii, quæ cessat ipsa fuga l. libera 48. de peculio d. l. 11 §. si fugitivus. et tamen mutuũ a servo datũ obligat accipientẽ. 2

2° omnium concessa ẽ libera administratio peculii, non conceditur posse dare l. filius familias 7. de donationibus. At qui mutuum datione rei celebratur, et perficitur, ut diximus in dispone. cas. præcedenti. ergo ex libera administratione non tenet mutuũ datũ. 3

3. ex d. l. nã etsi 13. §. si servus h. t. Ubi sive administratio concessa sit sive non sit concessa, competit condictio si nummi consumpti sint. igitur si non fuerint consumpti non fient crediti quamvis liberã habeat servus

administratione peculij.

4°. ex d. l. cu filius familias
5 17. h. t. ubi si filius studiorum causa romæ agens viaticum suum mutuo dederit, non faciet mutuam pecuniam cum actio extra ordinaria ipsi competat ut inquid lex. Et tamen facultatem videtur habere alienandi, quippe ea mente dat pater pecuniam filio studiorum causa proficiscenti ut eam alienet, eiusmodo non perdat prout considerat ibidem Anto. Fab. Unde et mutuum dare viaticum poterit, et ex mutuo actio utilis ordinaria filio competet ut responde. in d. l. 17. §. 1. vers. unde ff. de iudicijs. Id videtur negari in d. l. 17. ubi iudicium extra ordinarium ordinarium removere videtur. arg. tex. int. in causis 16. de minoribus. cu similibus.

6 Sed respondet. ad primum in d. l. 19. de solutionibus. nummos per fugitivum mutuo datos consumptos fuisse ab accipiente, ideoque accipientem obligari non ex mutuo sed ex causa ut supra legem 12. l. 13. l. 19. §. 1. h. t. ut diximus in eius proxime sequenti. Ita Anto. Fab. in rationali ad dictum §. si fugitivus. Donelus lib. 16. com. cap. 10. Cuiatius lib. 64. digestorum Iuliani in l. qui hominem 34. §. etiam fugitivus de solutionibus. nec novum est ac insolens generis inter proportiones ut ex d. §. si fugitivus intelligatur. d. lex 19. argo. legis non est novum 29. cum sequentibus. ff. de legibus quo pacto conciliat Cuiatius d. l. 19. cum d. §. etiam fugitivus. Ubi emptor non consumpsit rem a fugitivo emptam ad id enim solemus emere ut patrimonium augeamus, non ut consumamus; contra vero pecuniam creditam solemus accipere ut consumamus prout factum supponitur in d. l. 19. quæ propter. inspectio dicti §. et cum fugitivus. rei extantis dominium habuit dominus fugitivi, nec emptor potuit obligari, idcirco nec solvendo fugitivo liberari potuit ut putat Cuiatius.

7 Sed non satis aperit Cuiatius quare in d. l. 19. fugitivo facta solutio solventem liberet? cum diximus fugitivum liberam administrationem

peculij non habere? Nec Donellus satis aperuit in d. cap. 10. Dum ergo legis 4. §. 10. de usucapionibus. perinde esse ait post solutionē in d. l. 19. ac si pecunia soluta nunquā fuisset credita. Ego vero solutionē curatius magis expli_ cans animadverto in prio. d. legis 19. fugitivum non cre didisse pecuniā ex peculio sed pecuniā domino subrep tā credidisse. Deinde existimo ideo inibi solutionē efficacē fuisse qa. scilicet in ea spetie cui pecuniā credita pecuniā non ex mutuo sed equitate obligat propter con sumptionē proinde qs. non abstringit. ex cui libere admi nistrationis quā fugitivus non habet: ita pariter sol vendo fugitivo non liberat. ex cui libere administratio nis, sed ex eo qd. eidē solvendo adquisiti sunt ipsi domino numi, cui quidē per fugitivū adquiri possunt d. l. ~~quod~~ § per servum 14. l. rē que 15. de adquiren da possessione. Hanc rationē idē exprimit lex. ibi: qa. priori casu mei numi facti essent tua. posito enim qd. numi domino adquirant, ratio equitatis quae per con sumptionē obligat accipiens, non amplius ideo exigit quā qd. bona etiā fide eidē fugitivo solvat. Unde idē iuris esse in servo peculiato fugitivo infert iurisconsul tus in eadē l. 19. vers. at ideo. Ubi servus peculiatus cū libera administratione credidit; exegit tamen post fu gā quo scilicet iā non habebat liberā administrationē peculij. Quo quidē casu idē iuris esse ait quoniā licet ipsa fuga liberā administrationē amittat fugitivus d. l. libera ~~[illegible]~~ 48. de peculio adhuc tamen retinet peculiū. Anto. Fab. in d. l. 48. ideo qs. peculiarij crediti fugitivo facta solutio solventē liberat qa. cū domino adquirant numi perinde ē ac si domino fuisset facta solutio. Hinc intelliges quare in eadē l. 19. alij facta solutio iussu eiusdē fugitivi vel ipsius resedente ratihabitione, delegatione aut novatione debitorē non liberet? Tunc enim nec domino nec pecu lio adquirit fugitivus sed ex peculio aut extra pecu liū alienat §. praeterea institutionē quib. modis tollit. obligatio. Alienare autē sine libera adminis tratione non potest l. si convenerit 18. § vl. cū l. de

quanti

quoniam depignorationem tir actione quemadmodum nec delegare potest d. l. libera 48 § 1. de peculio.

8 Manet igitur dissoluta difficultas d. legis 19. in principio. quia ibi consumpta supponitur pecunia credita iuxta d. l. cogi posse 11. § si pupillus tit. quod ibi erit supponendum in eadem l. 19. vers. et ideo. Si ponas servum illum non fuisse fugitivum quod ex eius pecunia credita, quoniam sine consumptione non poterit aliquis recipiens pecuniam creditam a servo peculiato cui non esset concessa libera peculij administratio, quam quidem durante non posita fuga servi, posset dici fieri delegatio d. l. 48. § 1. de peculio quod negatur in d. vers. et ideo. Igitur aut supponit consumptam fuisse pecuniam in principio text., aut fugitivum etiam fuisse tempore ex actionis ut diximus.

9 Verum consumptionem non sufficere ad hoc ut obligetur accipiens, videtur obstare [illegible] interdum 29. inst. de condictione indebiti. Cui contrarium videtur lex non omnis 19. § 1. de rebus creditis. Cum argumentum. Sicuti requiritur ad mutuum ut pecunia transferatur: ita pariter ad liberationem requiritur ~~translatio~~ pecuniae solutae l. quod sic §§. de solutionibus cum similibus. Sed si pupillus si absque tutoris auctoritate solverit pecuniam debitam non liberatur pecunia consumpta, cum condictio ei competat d. l. interdum. Ergo nec ab ipso pecunia sine tutore credita per consumptionem intelligitur credita ad hoc ut condictionem habeat. Respondetur tamen in d. l. interdum non dari pupillo condictionem indebiti, sed generaliter certi condictionem ut Sab. ibidem tenet. Ubi enim advertit inspice consumpta pecunia soluta electionem pupillo dari ad hoc ut condicat, vel simaliter liberatur quo pacto consiliat dictam l. interdum cum d. l. 19. § 1. tit. quorum unum tantummodo beneficium, non utrumque ex solutione consequi poterit pupillus. Cui electioni cum in pecunia credita post consumptionem non sit locus: id circo condictio necessario competit, et post consumptionem obligatur accipiens.

10 Ad secundum respondetur.

mutuu perfici datione, idē, traditione rei eius dñj. translatione; non tamen donationē, nec enim donat qui credit d. l. 28. §. si filius insi. de pactis nisi perditurio credat l. qd. si minor 24 §. restitutio de minoribus. Duarenus d. cap. 3. Anto. Fab. in rationali ad dictā l. 17. h. t. 11

Ad 3.m respondet. in d. l. 13. §. si servus h. t. Vlpianū non requirere consumptionē ad hoc vt fiant numi crediti eo casu quo administratio libera concessa fuit; sed dixisse consumptis numis non esse distinguendū an administratio concessa sit nec ne ad hoc vt condictio competat. Quibus satis declarat numis non consumptis esse talitē distinguendū, quoniā tunc solummodo crediti fiunt numi si libera administratio peculij fuerit concessa vt diximus. 12

Ad 4. respondet. in d. l. 13. §. 1. de iudicijs dixisse IC. vtile iuditiū pro eodē qd. extra ordinariū appellat. in d. l. 17. h. t. Petrus Barbosa in d. §. 1. nu. 25. Duarenus d. cap. 3. et in l. iuris gentiū 7. §. et ideo. Verbo actionē a pretore dandā. Vbi extra ordinariū istud iuditiū esse ait actionē vtilē, et in factū compositā, qua ciuili deficiente, extra ordinē, et ex pretorijs iurisdictione datr. vt in l. qui religiosis 43. de rei vindicatione l. creditor 52. §. inter de actionibus empti ē enim iuditiū vtile, qd. iure deficiente dicitr. a pretore ex sola equitate, legislator nāq. ciuilis vtilitatē pro equitate habet d. l. 13. §. 1. in fine quoniā equitatē ciuilē ex sola publica estimat vtilitate. Vt ibidē ratiocinatr. Fab.. Ita qs. conformius erit iuris ciuilis regulis in d. §. 1. iuditiū vtile exponere pro actione in factū extraordinaria iuxta sentētiā in d. l. 17. h. t. non vero pro actione vtili que ordinaria sit. Vt eodē Fabro in d. l. 17. deprehendit, et ex sup. facta argumentatione comprobat. quibus soluunt. argumenta proposita contra supra tradita etc. 13

Ex qua infero (quatenus ad nostrū pertinet institutū) interpretationē ad tex. in l. eius qui in prouincia 41. h. t. Vbi probat. seruū calendario prepositum

posse pecuniā credere, qa. videlicet dominus præponendo voluisse videt. ut credat, ē enim calendario præponere nominibus faciendis, et fenerandis pecunijs institorē præponere. Ut docent Anto. Fab. Cuiac. et Duarenus statim laudandi per l. uxorē 41. §. legauerat 6. l. qui pluū 64. de leg. 3. Deinde recte affirmat Africanus in eadē l. 41. mortuo domino pecunias a servo creditas non fieri mutuas nisi proparte hereditatis ad servū pertinente qa. videlicet tantū pro hac parte alienandi potestatē habuit, mortuo namq. domino in specie quā tractat Africanus, cessavit voluntas domini ad exemplū mandati qd. morte mandatoris finit. Unde sine voluntate quo co heredū nequaquā potuit servus totā pecuniā credere sed tantummodo pro sua parte. Ex. plicant Cornanus lib. 7. com. cap. 1. nu. vl. Duarenus d. cap. 3. Anto. Fab. in rationali ad dictā l. 41. ubi Cuiac. tractatu 7. ad africanū Iosephus Sandolaria lib. 1. inter pretationū interpolatione 5.

14 Sublato tamen cortice plures difficultates pugnant, et primo esse nobis offerunt iura in l. 2. §. subtilius ff. de condictione causa data l. si procurator 35. de adquirendo rerū dominio l. Eros 19. §. vl. de contrahenda emptione quibus cavet. errantē non transferre dominiū. Igit. servus iste liber, et heres factus existimans pecuniā non suā sed domini esse propter errorē non potuit pecuniā mutuā facere ad hue pro sua parte.

15 2° obstare videt. lex fundi 33. vers. itē si amicus de adquirenda possessione. Quo loci venditore fundi mortuo qui mandaverat amico ut possessionē fundi venditi traderet emptori, si fiat ab amico traditio, possessio quidē transfert. si modo ignoraverit amicus morte venditoris aut ab heredibus non fuerit prohibitus. Et. Uiā in d. l. 41. propter ignorantiam servi transfuit pecunia translata ac per consequens credita.

16 3° ex l. hoc iure 19. §. si quis dederit ff. de condictionibus. Ubi post extinctū mandatū transfert rei dominiū.

17 4. ex l. si quis 17. §. si impubes

de institoria actione ubi contractus post mortē domini ab institore, et servo celebratus cū eo qui sciebat domini mortē tenet et obligat heredē. ipso. etiā debuit valere mutuū ad ips. heredes obligare in specie d. legis 41. 18

Denique post mortē domini servo facta pecuniae creditae solutio liberationē parit integ. tū dummodo a debitoribus ignorantibus mortē dominī fiat. H. et parit integrū mutuū valebit. 19

Respondeo. tamen ad primū longius erratū fuisse in iuribus argumentationis, quā in d.l. 41. ubi non multū erravit servus qui pecuniā suā putabat esse antecessoris sui cui quidē nec servat, eo quo nec ~~plus~~ iuris intellectu destabat nec voluntatē mutuū sustinendi licet enim si scivisset forsitan non credidisset; post quā tamen pecuniā credidit voluisse intelligitur. quatenus fieri posset sustinere quod gessit eius nomine cuius jā ipse personā repraesentat. Qd. non invenies in iuribus contrariis, in quibus hanc personarū identitatē considerare nequibis. Cuiatius, et Anto Fab. ubi sup. licet non ita adde in iuribus argumentationis negavit omnimodā alienationē quae fit sine spe tantumdē recuperandi. At in d.l. 41. agit. de alienatione per mutuū facienda, et quea cū spes sit tantundē recipiendi: non mirū si propter. identitatē personarū in dictā credamus servi liberū factū, et heredē durare adhuc in eadē credendi voluntate, praesertim cū alienatio rei in mutuo minus principalis sit. Cū diximus cū Cuiacio, et Donello cap. praecedenti ubi egimus de interpretatione legis si pecun. 78. de verb. obl. 20

Ad secundū respondet. in d.l. fundi 33. traditionē fundi potius solutionis vicē quā alienationis habere, et quē ad modū mandatario ignoranti mortē mandatoris recte solvit. ad statim diximus. sic mandatarius ignorans mortē mandatoris recte etiā solvit ubi mandatū erat absolvendi. Cuiac. et Fab. ubi sup. quorū ultimus cū Bartolo ad illā lex. recte notat mandatū factū super eo ad.

quod mandator tenetur, non finiri morte mandantis, quia
necessitas etiam post mortem durat, quam heredes revoca-
re possint mandatum. Sane in d. l. 41. de voluntaria
alienatione agitur, nec tenebatur Dominus pecuniam cre-
dere. Dich. in §. recte nu. 16. institutionum de man-
dato.

Ad 3. respondetur in d. l. 19. §. si quis
21 dederit de donationibus. pecuniam fuisse propriam tradentis,
non vero mandatoris, adeo ideo translatam fuisse in donata-
rium et ipse tex. ratiocinatur ibi: quia pecunia fuit dantis non
igitur transfertur ~~ex~~ executio mandati morte tam extincti, sed ex
vi traditionis facte a domino volente pecuniam transferre.
Cuiatius, et Fab. in d. l. 41. Blasius Santolaria de interpre-
tatione c. §. 2. nu. 3. nec enim error ~~tradendo~~ traden-
tis, et istimantis videre adhuc mandatorem impedit trans-
lationem, quia si tradens ignoraverit mortem, actionem haberet
mandati ne damno ~~adficia~~ afficiatur. licet namque quod man-
datum per mortem cesset; equitate tamen contrahitur actio
mandati post mortem ut cum Oticaldo scripsit Santolaria
ubi supra §. 1. nu. 1. per legem si precedente §. 8. ff. mandati
princ. institutionum eodem tit. cum ante ignorans nullum damnum
sentire possit ex translatione: nihil enim verum sit inconsideratio-
ne quod si scivisset forsitan non dedisset. quod si servus morte
mandatoris tradat donasse videtur. et ideo actio mandati
cessat. At in d. l. 41. servus nunquam fuit Dominus totius
pecunie.

